 - 1) Quæ majori dosi præscribuntur, illa remedia reliquis præponuntur, nullò habito respectu ad basin, num scilicet primo loco, vel alio ponatur.
 - 2) Sic v. g. in potiunculis, electuariis, & bolis, aquæ, & conservæ, quæ tanquam excipientia majori doc præscribuntur, primum in formula occupant locum.
 - 3) In emplastris autem, & morsulis, excipientia reliquis postponuntur.
 - 4) Hoc etiam observatur in decoctis, & infusis, quorum reliqua sequente ordine solent præscribi.
 - a) radices,
 - b) herbæ, & siummitates,
 - c) flores,
 - d) semina, & fructus,
 - e) cortices.
 - 5) In infusis autem laxantibus, laxantia. & digestiva remedia ultimum occupant locum.
2. Ad requisita generalia, pertinent etiam proportio ingredientium, nempe baseos, corrigentium, adjuvantium, & excipientium, e. g.
 - 1) In infusis, & nodulis, proportionata debet esse quantitas excipientis, ut virtus medicamentosa sufficienter extrahi possit.
 - 2) In electuariis sufficiens debet adesse quantitas conservarum, & syrporum.
 - 3) In potiunculis, aquæ destillatæ 3 j. pulveris 2 j. aut 3 g. syrpi vero 3 j. circiter addenda est. Sed de his suo loco specialius dicemus.
 3. Signum, quod in frontispicio formulæ occurrit, pro Medici lubitu variat. Alii enim signo † alii JJ. utuntur.
 4. Characteres, quibus certa remedia designantur, suo loco quærendi, & discendi sunt.

5. In

5. In plerisque formulis, pharmacopœo præscribimus methodum, qua præparationem medicamenti instituere debeat: e.g. quæ formulæ per simplicem fiunt mixtionem, uti potiunculæ, mixturæ, pulveres, illarum fini adponitur liter. M. quod significat misce. Ubi vero prolixiori opus est præparatione, plura adponuntur; id, quod suo loco indicabitur.
6. Sub finem formulæ, adjicimus etiam monitum *ad pharmacopœum* de capsula, vase, &c. e. g. ad chartam; d. ad Scat. d. ad oll. d. ad. y. cum pertinentibus, quod monitum in primis respicit clysteres, quando pharmacopœus jubetur dare syringam, vesicam, aut alia ad injiciendum clysterem necessaria instrumenta.
7. *Signatura Germanica*, formulam claudit. Describitur in illa modus utendi, de qua quidem re, sequentia observanda sunt.
 - 1) *Nomen* medicamenti, ubi respectum habemus a) modo ad ipsum morbum, b) modo ad locum adfectum, c) modo ad formam medicamenti: e.g. Pulvis contra calculum: Essent. Tinctura Stomachica: Pulstis cephalicus roborans. d) Vitetur autem ubique abusus ille vulgaris, qui vilissimas quoque formulas pomposis titulis ornat; e. g. Pulvis cordialis conservans: pulvis cordialis aureus.
 - Dosis*, quæ necessario addi debet, ne error ab ægrotis in adsumendo committatur. Unde formulæ subjicitur: signetur *Essentia stomachica*, de qua quotidie ter 40. guttæ sumantur.
 - Tempus*, quod interdum etiam additur, e.g. Mane, una hora ante prandium, tempore eundi dormitum: vel omnibus duabus, aut tribus horis, de eo sumendum.
 - 4) *Vehiculum*. Hujus etiam interdum mentio fit, e.g. Sumendum in brodio calido, in cochleari pleno vino, in scutella Coffee.
 - 5) *Regimen*, quod eum in finem subjicitur, ut medicamenti actio promoteatur, v.g. deinde jejunandum per unam, vel duas horas, & quiescendum in lecto, cum moderata copertitione.
 - 6) Reliqua vero, quæ regimen concernunt, locum tantum habent in præscriptionibus illis diffusoribus, quas vulgo, notitias vocant, quasque absentibus com-

communiter transmittimus. Ubi adhuc notandum, quod si plura transmittantur remedia, illa plerumque vel litteris A. B. C. vel numeris 1. 2. 3. notari soleant, ad errorem effugiendum, e. g. De hac aqua notata cum littera A. sumantur singulis quatuor horis duo cochlearia plena.

VI. REGLÆ GENERALES.

1. Antiqui, simplicibus contenti erant medicamentis. Notum enim est, quod non tantum *Hippocratis*, & *Galeni* temporibus, verum etiam aliquot saeculis post illos de formulis speciosis, ac diffusis altum fuerit silentium.
2. Hodie autem formularum conscribendarum abusus & vanitati multum expositum est, dum ingens farago ad ostentationem, & vanam gloriam, immolucri causa, in unum acervum congeritur.
3. Mittimus autem hunc abusum; & de re ipsa profitemur, quod ad divinæ sapientiæ specimen omni jure referendum sit, quando quispiam tali judicio, & experientia praeditus est, ut remedia probata feligere, & pro morborum subjectorum, atque reliquarum circumstantiarum diversis rationibus, prudenter, & concinne combinare possit.
4. Est autem formularum speciale ornamentum *brevitas*. Hinc Medicus formulas longas, quantum fieri potest, evitet. Quando autem in hujustractatus formulis prolixitas passim occurrit, considerandum omnino est, quod *methodi* causa hoc factum sit, non ut promiscue retineantur, sed feligantur.
5. Sic etiam *variatio* medicamentorum frequens quovis modo fugiatur. Haec enim, vel inconstantiam, vel imperitiam, vel jactantiam, vel plane avaritiam indicat. Excusant autem variationem, quando praecipue in morbis chronicis, ad patientis sensum, & captum non formare cogimur.
6. In prescribendis formulis, talia remedia in usum trahenda sunt, quorum consistentia conspirat, & quæ se invicem non destruunt.
Hinc opus est, ut eorum, quæ conjugere volumus, mutuam habitudinem satis exploratam habeamus, alias per contrariorum talium conjunctionem speratus effectus impeditur. Contingit hoc facile, exempli

pli gratia, quando acida alcalibus, & absorbentibus, resinosa, quæ facile præcipitantur, pure aqueis miscentur.

7. Excipiendæ autem sunt tales formulæ, in quibus contraria talia *consulto* combinantur, ut tertium quid inde emergat; id, quod solemne præcipue fuit *Sylvio*, qui formulas egregij usus ex aquis destillatis, acetō, & oculis cancri, aliisque alcalinis concinnavit.
8. *Obsoleta* remedia, parum usualia, & maxime ingratia, Medicus non præscribat.
9. Non trahat in usum remedia *pretiosa*, quando minus pretiosis eumdem commodum, & securum effectum potest obtainere. Neque etiam exotica nostratisbus remediiis ubique præferantur. Datur autem nonnunquam occasio excipiendi, videlicet quando magnates, & divites remedia, quæ minoris pretii sunt, adsperruantur, & pretiosis curari malunt.
10. *Nova*, & experientia nondum probata remedia, nemo facile præscribat, nisi qui judicio discretionis satis præditus est.
11. In casibus *dubiis*, vel nulla, vel levia tantum medicamenta præscribenda sunt. e. g. quando non satis constat, cum intumescensia abdominis in feminis maritatis pro hydrope, vel pro gravitate declaranda sit. Si enim graviditas esset, & remedia hydropica propinarentur, abortus produceretur.
12. Remedia *draftica* in usum non trahuntur, quando mitoribus res peragi potest.
13. Ubi natura sola morbum profligare potest, remedia non præscribantur.
14. Subjectorum *temperamentum*, & *vite genus*, in præscribendis formulis bene perpendendum, & explorandum simul, qualia remedia optime perfere possint patientes. Satius enim est, nullum, quam tale medicamentum, a quo natura abhorret, propinare.
15. Remedia *generosa*, quæ cum impetu quodam agunt, subjectis debilibus, & sensibilibus, non sunt ordinanda.
16. Remedia ad *morbum ipsum*, non autem ad quodvis *symptoma*, præscribenda sunt. Quando autem symptomata graviter urgent, ipsa necessitas hanc legem frangit.

17. In casibus desperatis, & conclamatis, medicamentorum usus non plane negligendum est, ne ægrotum deseruisse videamur. Licet enim morbum ipsum debellare non possimus, symptomatibus tamen mitigandis intenti esse debemus.
18. Non est necesse, ut formulæ de triplici regno semper constent, neque ut ex uno tantum congerantur.
19. *Suaveolentia*, & *inodora*, præferantur fœtidis, & naufragis, ne cardialgia, vel plane vomitus excitetur.
20. *Color turpis*, quantum fieri potest, fugiatur. Absit tamen lulus pueris in coloribus per folia auri conciliandis.
21. Summa totius negotii eo redeat, ut in præscribendis formulis viam tutam, &c., quantum fieri potest, *Jucundam* etiam, & *brevem*, eligamus.
22. Reliquæ cautelæ, quæ indicandæ essent, in conspectu medicinæ practicæ videri possunt.

T A B U L A . II.

D E P U L V E R I B U S.

I. DEFINITIO.

Pulvis, est medicamentum siccum, quod vel ex uno tantum simplici ingrediente, vel ex pluribus talibus, comminuendo, & miscendo, paratur.

II. DIFFERENTIA.

Pulveres differunt

1. ratione præparationis, cuius respectu

1) alii sunt grossi, qui grosso tantum modo, contusi sunt, & tragee vocantur, e. g. *tragea grossa cum tabulatis*, *tragea aromatica*: item grossi illi pulveres, qui externe adplicantur.

2) Alii, mediae sunt subtilitatis; e. g. *species imperatorie*, *diacinnamomi*, *diarrhodon Aabatis*, *pulvis stomachicus Birckmanni*.

3) Alii sunt subtilissimi, qui in pollinem impalabilem, quem vulgo alcohol vocant, rediguntur. Huc pertinent illa, quæ præparata vocantur, e. g. *oculi cancri*. *præp. conchæ præp. matr. perlarum præp. magiste-*

gisterium coralliorum. & alia quæ per chemiam in talem pollinem rediguntur. Spectant etiam ad horum censum pulveres illi subtilissimi, qui oculis, mediante calamo, insperguntur, & *collyria* *sicca*, aut *Sief. oculorum* vocantur.

2. *Ratione usus.*

- 1) Alii enim interne propinuantur.
- 2) Alii autem externe adplicantur, e. g. pulveres *flptic chirurgorum*, *exsiccantes*, *collyria* *sicca*, *tumores inflammatorios* *discutientes*, *sternutatorii*, *dentifricii*, reliqua.

3. *Ratione temporis*, quo respectu

- 1) *officinales* vocantur, qui in pharmacopœis compositi jam prostant, e. g. *pulvis stomachicus Birkmanni*, *pulvis Cornachinus*, *specificum jalappæ*.
- 2) *magistralis* autem dicuntur, qui ex tempore a Medico, tamquam *Magistro*, prescribuntur.

III. *LATERIA.*

1. Pulveres, in interno usu veniunt, commodissime parantur ex præparatis terreis, antimoniatis fixis, & aliis metallicis. Porro, ex salibus mediis, & nitrosis. Quæ vero incommoda ex pulveribus vegetabilibus, interno usui destinatis, eveniant, inferius dicetur. Hinc in ipsis trageis, quas ordinarie constituunt, per gratam additionem vel sacchari, vel electuarii, vel tyrupi cuiusdam, nauſeam avertere conamur.
2. His pulveribus interne exhibendis interdum talia etiam adduntur, quæ per se in pulverem redigi minime possunt, e. g. *extracta*, & *olea desillata*.
3. Plures autem, qui externe adplicari debent, potissimum parantur ex vegetabilibus, & eo quidem ordine communiter prescribuntur, ut primum radices, deinde herbae, postea flores, & denique semina, cortices, aromata ponantur.

IV. *DOSIS.*

1. Dosis pulverum admodum variat pro morbi, remediorum conditione.
2. Nonnulli enim morbi plures doses postulant, nonnulli unica profligantur.
3. Pulveres *emetici*, & *purgantes*, unica tantum dosi; alterantes autem, a 3 ii. ad integrum unciam pro una vice ordinarie prescribuntur.

4. Ceterum, tab. I. jam monuimus, quod pulverum dosis pro una vice sumenda 3 fl. non facile debeat transcendere.
5. Qui pulveres sunt *diffusi*, e. g. pulvis *stomachicus* *Birckmanni*, & alii officinales cultelli cuspidi metiuntur. Reliqui vero, in certas doses usitatas distribuuntur.
6. Nonnunquam unica tantum dosis præscribitur, & pharmaceopœo imponitur, ut eamdem duplicem, triplicem, reddat, vel ulterius multiplicet.

V. REGULÆ, ET OBSERVATIONES.

1. Quoniam plurimi patientes a pulveribus per naturalem idiosyncrasiam abhorrent, antiquorum pulveres crassi penitus fere abrogati sunt. Hinc, vel ex hoc fundamento, pulveres magnæ molis non facile præscribendi sunt, præcipue quando vitium deglutionis, vel cardialgia nauseosa præsto est.
2. *Vegetabilia*, interne in forma pulveris adfumenda, multa inferunt incommoda. Magnam enim constituant dosis adfumenda molem, quarum tamen vix vicesima portio solutione separabilis, & efficax est. Præter ea in vehiculo, quo tales pulveres sumuntur, mox turgescunt, & uti majorem molem exhibent, ita etiam majorem nauseam excitant.
3. Quando autem omnino magna pulverulenta portio, ob peculiarem aliquem effectum impetrandum, adfumenda est, præstat illam mediante quodam syrupo in electuarium, bolum, vel aliam formam redigere, vel divisim sumere.
4. *Amara*, e. g. aloe, colocynthis, in pulveribus non facile sunt præscribenda. Non solum enim nauseam, sed etiam non raro vomitum excitant. In specie colocynthis, quando in substantia (h. e. in pulvere) adfumitur, immania tormina, & gravissimam hypercatharsin excitat.
5. Pulveres *acres*, *salini*, quando in arrosione ventriculi præscribuntur, partem arrosam magis arrodot, & inflammant.
6. *Mercurialis*, in pulveribus caute sunt propinanda, ne fauibus intimius adhærent, & hac ratione sinistros effectus causentur. Hinc, vel cum aliis speciebus misceri, vel in massulam illam panarium, involvi, vel, median-

- mediante syrupo, in aliam formam redigi debent, vel sufficiente potu calido fauces eluendæ sunt.
7. *Fætida, mucilaginosa, & pinguia* in pulveribus, quantum fieri potest, vitanda sunt, e. g. castoreum, gum mata, semen psyllii, lini, cydoniorum, spermaceti
 8. Ex hoc capite, *pulvis Haly*, qui ex semine althææ, malvæ, cydoniorum, gummate Arabico, tragacantho constat, difficillimæ est præparationis, & quoniam ob semina contusa rancorem facile concipit, phthisicis, quibus ordinarie exhibetur, plus sæpe nocet, quam prodest.
 9. Sic etiam *sperma ceti* pulveribus misceri non debet, nisi cum oculis cancri, aut terreis alcalinis probe subigatur.
 10. *Rasnae targantum*, nisi cum salibus probe subactæ fuerint, intra fauces conglobantur, & postea, intestinis adhærentes, gravia tormina efficiunt.
 11. Vitanda etiam est mixtio earum specierum, quæ *invicem se destruunt*, aut *corrumpunt*, e. g. vitriolum martis cum arcano duplicato, vel aliis nitrosis, aut alcalinis mixtum; item mercurius dulcis cum alcalinis conjunctus. Sic etiam acida pulveribus miscere non convenit. Quando enim cum vehiculo miscentur, ad nauseam spumescunt, e. g. pulvis ille *Kergeri*, qui pro febrifugo venditatur, & ex coralliis, & cremore tartari constat. Ex eodem fundamento, pulveres absorbentes addi non debent potionibus acidulis, neque etiam vinum pro illorum vehiculo sumendum est.
 12. *Insipida*, cum omnibus possunt misceri. At vero *salia fixa*; & *salta* cum aromaticis, item cum acribus, & amaris minus convenient.
 13. *Salia volatilia* pulveribus non facile misceantur. Sapore enim, & odore sunt ingrata, & nisi mox adsumentur, vel in vitro quodam probe obturato conserventur, exhalant.
 14. Pulverum ingredientia, communiter duo, tria, aut quatuor sunt. Quando autem pro pluribus dosibus præscribendi sunt, plura etiam in subsidium vocari solent.
 15. Nonnunquam pulveribus *compositis* officinalibus alia, vel simplicia, vel chemica, vel composita adduntur; quo casu autem notandum, quod talia non sint ad-

- denda, quæ ipsam compositionem jam ingrediuntur; nisi quidem hoc, vel illud compositi ingrediens, consulto augere desideremus. Hoc etiam valet in aliis formulis.
16. Ut pulveribus, præcipue trageis diffusis, gratum saporem conciliemus, saccharum, aut elæofacchara varia adduntur. Sunt autem alæofacchara nihil, nisi saccharum, quod una, vel altera guttula olei cujusdam destillati imprægnatum est.
 17. In tali autem casu, saccharum ad pondus reliquorum ingredientium sumitur, & litteræ ad P. O. i. e. pondus omnium adjiciuntur.
 18. Nonnunquam, ut tanto gratiore hi pulveres grossi reddantur, ex speciebus pro morsulis, aut ex confetianibus seminum, e. g. anisi, fœniculi, cubebarum parantur.
 19. Vehiculum nimis pingue, infringit efficaciam pulvrum salinorum, & aliorum. Sic etiam pulveres virtute sua privantur, quando tenaci materiæ involvuntur.
 20. Denique notandum, quod pauca moles, teneritudo, sapor tolerabilis, quadam modo etiam odor, atque color gratus, pulverem commendet.
- VI. FORMULÆ.**
1. *Emeticæ.* nitri antimoniaco. ♂. M. pro dosi.
 - 1) $\frac{1}{4}$ Tart. emetic. gr. III. vitriolat. ♂. M. pro dosi.
 - 2) $\frac{1}{4}$ Rhabarb. elect. gr. XII. tart. emetic. gr. II. sal. absinth. gr. VI. M. pro dosi.
 - 3) $\frac{1}{4}$ Sulph. antim. aurat. ultim. sublim. arcan. dupl. ana gr. VI. M. pro dosi.
 - 4) $\frac{1}{4}$ Mercurii vitæ gr. II. refin. jalapp. gr. III. M. pro infante, an-
 - 5) $\frac{1}{4}$ Sal vitiol. gr. XVI. sacchar albiss. gr. XII. M. pro dosi.
 - 6) $\frac{1}{4}$ Specif. jaiappin. ♂. tartar. emetic. gr. II. antim. diaphor. non dulc. gr. VII. M. pro dosi.
 - 7) Auri fulmin. gr. I. antim. diaphor. tart. vitriolat. ana gr. III. M. pro infante, an-

num nondum super-
gresso.

specif. jalapp. gr. vii.
M. pro dosi.

8) 24 Rad. ypecacuanhae
j. Sal. trat. 2 β.
M. pro dosi.

8) 24 Merc. dulc.
rad. jalapp. ana 2 β.
ireos Florent.
sulph. antim. aur. ult.
præcipitatione, ana
gr. ii.
M. pro dosi.

9) 24 Rad. afari gr. xxv.
tart. emetic. gr. j. β.
arcان. dupl. gr. vi.
M. pro dosi

3. *Diaphoreticae.*
1) 24 antim. diaphoret.
ac. cancer. citr. ana 3 j.
nitr. depur. 2 ii.
cinnab. nativ. ppt. 2 β.
M. d. in 9. part.

2. *Laxantes.*

1) 24 Rad. jalapp. opt. 2 j.
tart. vitriolat. 2 β.
ol. foenicul. gutt. j.
M. pro dosi.

2) Conch. ppt.
bezoard. mineral. ana
3 j. β.
nitr. depur. 3 j.
cinnab. antim. ppt. gr.
xii.
M. d. in 12. part.

3) 24 Scammon. sulphurat.
merc. dulc. ana gr. vi.
conch. præp. 2 β.
M. pro dosi.

3) 24 Antim. diaphor.
conch. citr.
tart. vitriolat.
nitri depur ana 3 j.
cinnab. nativ. ppt. gr.
xiv.
M. d. in 14. part.

4) 24 Rhabar. elect. 3 β.
sal. tart 2 β.
M. pro dosi.

5) 24 Antim. diaphoret.
matr. perlar. ppt.
mandibul. luc. pisces. ana
3 j.
lapid. bezoard. 2 ii.
antim. crud. Hungar. 2 j.
M. d. in 12. part.

6) 24 Pulv. Cornachin. 2 j.
merc. dulc. 2 β.
M. pro dosi.

5) 24 Bezoard. mineral.
O 2 cry-

7) 24 Magnes. alb. 3 j.

- crystall. montan. præp.
ana \varnothing ii.
nitr. regener.
regul. antim. medicinal.
ana \mathfrak{Z} β .
M. d. in 8. part.
- 6) \mathcal{L} Cristall. tart.
sal. polychrest. ana \mathfrak{Z} β .
matr. perlar. præp.
nitr. de purat. ana \varnothing j.
sem sinap. gr. xv.
M. d. in 6. part.
- 6) \mathcal{L} Tart. tartarifat.
nitr. regenerat. ana \mathfrak{Z} j.
sem. embul. \varnothing ii.
M. d. in 8. part.
- 7) \mathcal{L} Bezoard. mineral.
dent. ap. præp. ana \mathfrak{Z} j.
unicorn. fossil.
lubr. terrest. præp. ana
 \mathfrak{Z} β .
cinnab. nativ. præp. \varnothing β .
M. d. in 10. part.
- 7) \mathcal{L} Foliat. terr. tart.
cremor. tart. ana \mathfrak{Z} j.
milleped. præp.
cinnab. antim. præp.
ana \varnothing j.
M. d. in 8. part.
- 5) *Pellentes, nempe partum,*
secundinas.
- 1) \mathcal{L} Borac. Venet. \varnothing ii.
cinnab. anim. \varnothing β .
M. d. in 2. part. S. pulvis
in gravi partu, de quo
unus justo tempore in
aqua ferrea sumitur.
- 2) \mathcal{L} Hepat. anguill. \varnothing ii.
cort. cinnamom. pulve-
ris. gr. vj.
M. d. in 2. part.
- 3) \mathcal{L} Myrrh. elest. \varnothing j.
succin. alb. ppt. \varnothing β .
M. d. pro dosi.
- 4) \mathcal{L} Croc. orient.
trochisc. de myrrh. ana \varnothing β .
Sal. vol. viperat. gr. vj.
ol. succin. gutt. ii.
M. d. in 2. part.

6. Apopblegmatizantes, seu errhinæ, & ptarmicæ.

1) 24 Herb. majoran. M. j.
Summit. serpill.
origan. ana M. f.
Flor. lilior. convali. P. ii.
rosar. cyan. ana P. j.
ol. destillati majoran. gutt.
viii.

M. f. pulv. subtilissimus,
tingatur s. p. in colo-
rem viridem cum in-
digo.

S. Tabacus viridis pro naso

2) 24 Pulv. irid. Florent 3j.
hellebor. utriusque 3f.

Herb. origan.
rorifmar.

thym. ana M. f.

Flor. lavendul.

anthos. ana P. j.

M. f. pulv. subtilissimus.

3) 24 Fol. tabac. M. j.
summit. serpill. betonic.
ana M. f.

Flor. violar.

majoran. ana P. j.

Sem. nigell. 2 ii.

ol. destill. foenical.

cubebar. ana

gutt. iv.

Mosch.

Zibeth. ana gr. i.

M. f. pulv. subtilissimus.

4) 24 pulv. lign. aloes 3j.

tabac. 2 ii.

succin.

sacch. opt.

castor. ana 3 j. f.

ol. lin. Rhod. gutt. xii.

M. f. pulv. subtilissimus.

5) 24 Tunic. rubr. exsic-
cat. & a peduncul. li-
berat. & pulventilat 3 iii.

ol. lign. Rhod. gutt. x.

Mosch. in prædicto ol.

solut. gr. ii.

Balsam. cujusdam liquid.

e. g. Hoffmann. 3 j.

M. f. pulv. tingatur cum
f. q. Spirit. vini in co-
lorem rubicundum.

Tabaccus rubicundus pro
naso

6) 24 Sal. ammon. cin.
clavellat. ana q. p. sub-
limentur. Rec. fal. vo-
latil. 3 ii. imbuantur ol.
lavendul. gutt. xx.

M. S. sal. volatile. laven-
dulatum, odore exei-
piendum.

7. Salivantes.

1) 24 Merc. dulc. legit.
præp. 3 j.

conch. præp.

Antim. diaphoret.
ana 3 j. f.

M. opt. div. in 20. part.

Pulvis, de quo in princi-
cipio unica tantum su-
matur, sequentibus au-
tem diebus, dosis cre-
scit, & 2. 3. 4. suman-
tur, usque solivatio se-
quatur.

- 2) **24** Arcan. corallin. 3 j.
oc. cancr. præp.
bezoard. mineral. ana
3 j. β .
M. opt. divid. in 20. part.
S. ut supra.
- 3) **24** Panac. mercurial. **a**
Lemery.
descript. 3 ii.
antimon. diaphoret. 3 j. β .
mat. perlar. 3 j.
M. opt. divid. in 15. part.
S. Pulvis, de quo primo
die unus sumatur, se-
quentibus diebus antem
dosis ad dimidiam Par-
tem augenda: usque sa-
livatio sequatur.
8. *Antihelmintice.*
- 1) **24** Merc. dulc. legit
præp. scammon. sulphu-
rat. ana 3 β .
matr. perlar. præp. 3 j.
M. d. in 6. part.
S. Pulvis, de quo, Luna
decrecente, una dosis
bis sumenda.
- 2) **24** Aethiop. mineral.
3 β .
tart. vitriolat. 3 ii.
sacch. alb. 3 j.
M. in mortario lapideo,
d. in 6. part.
- 3) **24** Arcan. corall. 3 ii.
duplicat 3 ii.
sem. santon. 3 j.
M. d. in 6. part, S. ut No. 1.
- 4) **24** Pul. ad verm. Ph.
August. 3 j.
Merc. dulc. 3 ss.
M. d. in 4. part. dos. 3 j.
S. in Melle, aut lacte
sumendum.
- 5) **24** Sem. santonie. f. cin-
næ 3 ii.
coriand. præp. 3 j.
pulv. jalapp.
corallin. f. musc. marin.
ana 3 ss.
C. C. ust.
merc. dulc. ana 3 j.
M. d. in 8. part, dos. 3 j.
9. *Expectorantes.*
- 1) **24** Pulv. rad. ari.
irid. Flor. ana 3 ii.
oc. cancer. citr. 3 ss.
flor. sulph. 3 j.
theriac. cœlest. gr. vj.
M. c. saccharo q. s.
D. S. Pulvis pectoralis,
de quo singulis diebus
ter cuspis cultri plena
sumatur.
- 2) **24** Pulv. Haly. contr.
phthis. 3 ii.
nitr. depur. 3 ii.
flor. benz. 3 ss.
ol. anisi gutt. ix.
M. divid. in 9. part. dos. 3 j.
- 3) **24** Specier. diair.
pulv. Halyana 3 j.
M. d. in 6. part. dos. 3 j.
10. *Adstringentes.*
- 1) **24** Corall. rubr. ppt.
unicoru. fossil. ana 3 j.
lapid.

- lapid. hemiat. \varnothing ii.
M. divid. in 8. part.

2) \mathcal{U} pulv. rad. bistort.
tormentil. ana 3 j.
lapid. manat.
succin. ppt.
ebor. ppt. ana 3 ss.
M. d. in 10. part.

- 3) \mathcal{U} Croc. mart. adstring.
terr. Catechu, ana 3 ss.
N. moschat.
spec. de hyacinth. ana \varnothing j.
M. div. in 6. part.

- 4) \mathcal{U} Cort. chin. chin. 3 j.
cascarill. 3 ss.
croc. mart. antimoniat.
aperitiv. \varnothing j.
M. d. in 5. part.

II. *Subadstringentes, & moderate sifentes.*

- 1) \mathcal{U} Corall. rubr. ppt.
mitr. depurat. ana 3 j.
pulv. cascarill. \varnothing ii.
cinnab. nativ. pp. \varnothing j.
theriac. cœlest. 3 ss.

M. f. pulv. div. in 9. part.

- 2) \mathcal{U} Crystall. montan.
nitr. depurat. ana 3 j.
gran. Kermes.
cort. granat. ana 3 ss.
sem. hyoscyam. alb. \varnothing j.
M. div. in 10. part.

- 3) \mathcal{U} Spec. de hyacinth.
conf. alkerm. ana 3 ss.
nitr. regenerat. \varnothing j.
croc. mart. antimoniat.
aperitiv.
cinnab. antim. ana \varnothing ss.

- MP. de cynogloss. gr. v.
M. d. in 5. part. æq.

12. *Incrassantes.*

- 1) \mathcal{U} Oc. cancr. ppt.
gumm. Arab. ana 3 j.
terr. sigill. \varnothing j.
M. f. pul. div. in 7. part.

- 2) \mathcal{U} Conch. ppt.
crystall montan. ana 3 j.
sperm. cet. i
pulv. rad. glycyrrhit.
ana 3 ss.
M. f. Pulvis, de quo omni-
bus tribus horis cuspis
cultri plena sumatur.

- 3) \mathcal{U} Test. ovor. ppt.
lap. percar. ana 3 j.
unicorn. fossil. 3 ss.
M. div. in 8. part.

- 4) \mathcal{U} Matr. perlar. ppt.
3 j. ss.
nitr. depur. \varnothing ii.
mastic. elect. 3 ss.
M. div. in 8. part.

13. *Exsiccantes.*

- 1) \mathcal{U} Ceruss. alb.
tut. præp. ana 3 ss.
cret. ignit. in aqua ex-
tinct.
& rursus sicc. 3 ii.
camph. 3 ss.

M. f. Pulv. subtilissimus.
S. Pulvis linteolo illigan-
dus, quo ulcera aperta
aspergantur.

- 2) \mathcal{U} Lapid. calamin. 3 ii.
amyli,
O 4 pulv.

- pulv. liquirit. ana 3 j.
M. S. ut suprà.
14. Aperientes, resolventes, digerentes, incidentes abstergentes, præparantes, & absorbentes.
- 1) 24 Pulv. rad. ari præp. zedoar. ana 3 j. ss. cort. aurantior. Vinteran. ana 3 j. ii. ol. destillat. anis. gutt. xx.
 - M. f. pulv. div. in 12. part.
 - 2) 24 Rad. pimp. alb. galang. gentian. rubr. ana 3 j. cinnamom. acut. 3 ss. facch. alb. ad P. O.
 - M. S. Pulvis, de quo quotidie ter cuspis cultri plena sumatur.
 - 3) 24 Pulv. stomach. Birckm. croc. mart. antimoniat. aperitiv. 3 ii.
 - M. div. in 12. part.
 - 4) 24 Tart. vitriolat. solub. oc. cancer. ana 3 j. ol. fœnicul. gutt. vj.
 - 5) 24 Nitri antimoniat. tart. tartarisat. ana 3 j. conch. citr. 3 ii. antim. martiac. Ludov. 3 j.
 - M. d. in 9. part.
 - 6) 24 Arcan. duplic.
- terr. foliat. tart. ana 3 j. fal. absinth. 3 ss. consect. anis 3 j.
- M. d. in 9. part.
- 7) 24 Gumm. ammoniaci præp. sal. centaur. min. ana 3 j. tremor. tart. antimoniati. diaphor. ana 3 ss. corall. ruhr. præp. 3 j. ol. caryophyll. gutt. xii.
- M. d. in 10. part.
- 8) 24 Lapid. percar. præp. crystall. montan. præp. magnes. alb. ana 3 j. cinnab. antim. 3 j.
- M. d. in 10. part.
- 9) 24 Crystalli montan. lac. lunæ lumb. terrestr. nitri depur. ana 3 j. sem. nigell. fœnicul. card. mar. ana 3 ss. facch. albiß. 3 ii.
- M. d. S. Pulvis temperans, de quo quotidie ter cuspis cultri plena in lacte falso sumatur.
15. Temperantes, & antispasmodicæ.
- 1) 24 tart. vitriolat. nitri depurat. ana 3 j. ss. cinnab. antim. ppt. 3 j.
 - M. d. in 10. part.
 - 2) 24

- 2) *U* Nitr. depurat.
oc. cancr. ppt.
matr. perlar. ana 3j.
cinnab. nativ. ppt. 3j.
M. d. in 10. part.
- 3) *U* Arcan. duplic.
nitri depurat. ana 3j.
conch. ppt. 3ii.
cinnab. antimon. ppt.
gran. xviii.
M. div. in 9. part.
- 4) *U* nitri depurat.
tart. vitriolat. ana 3j.
oc. cancr. citr. 3j.
cinnab. antim. gr. xviii.
M. d. in 9. part.
- 5) *U* sal. polychrest. Charas.
nitri regenerat. ana
3 j.
antim. diaphoret.
CC. philosoph. ana 3*B.*
cinnab. artific. ter subli-
mat. 3j.
M. d. in 10. part.
- 6) *U* Crystalli montan.
lapid. percar. ana 3ii.
prunell.
sal. absinth. ana 3*B.*
cinnab. antim. gr. xv.
M. d. in 8. part.
- 7) *U* Nitri antimoniatis.
depurat. ana 3j.
cort. cascarill. 3*B.*
cinnab. nativ. ppt. gr. xvij.
M. d. in 8. part.
- 8) *U* Corall. rubr. ppt.
- mandibul. lucii pilc. ana
3 j.
lapid. prunell.
arcan. dupl. ana 3ii.
antim. mart. cacheet. 3ii.
M. d. in 12. part.
- 9) *U* Tart. vitriolat.
nitri. regenerat. ana 3j.
matr. perlar. 3ii.
unicorn. fossil.
lumbr. tar. ana 3*B.*
M. d. in 12. part.
- 10) *U* Pulv. consolid. major.
3 j. *B.*
nucleor. perficor.
n. mosch. ana 3j.
succin. alb. 3*B.*
ambr. grys. 3*B.*
Est pulvis IV. Arandei,
quem ad dolores post
partum laudat. Dos om-
nibus tribus cuspis cul-
tri plena sumatur.
16. *Anodynæ.*
- 1) *U* Pulv. temperant. no.
1. descripti 3j
spec. de hyacinth. 3j.
M. de cynogloss. gr. iv.
M. d. in 4: p. æq.
- 2) *U* Pulv. temperant. no.
2. descript. 3j.
corall. rubr. præp. 3*B.*
theriac. cœlest.
extract. croc. ana gr. v.
M. opt. div. in 5. part.
- 3) *U* Pulv. temperant. n.
3.) descript. 3j. cinnab.
antim. 3*B.*
M. div.

M. div. in 5. part.

- 4) \mathcal{U} Pul. temperant. no.
4) descript. 3 j.
spec. de hyacinth.
lumbr. terr. ana 3 j.
croc. mart. antimoniati.
aperit. laudan. opiat. ana
gr. I.

M. opt. div. in 5. part.

17. *Tonicæ, nervinæ, roborentes.*

- 1) \mathcal{U} Cort. cascarill. 3 j.
croc. mart. antimoniati.
aperit. 3 β .

M. div. in 6. part.

- 2) \mathcal{U} Corall. rubr. præp.
3 j.

spec. de hyacinth. 3 β .
gemm. 3 j.

antim. martial. Ludov.
gr. xv.

M. div. in 6. part.

- 3) \mathcal{U} Pulv. stomach. Bir-
ckm. 3 ii.

spec. diambr.
diamosch. ana 3 β .
ol. cinnamom. gutt. iii.
M. d. S. *Tragea stomachi-
ca*, de qua pro una do-
se cuspis cultri plena
sumatur.

4. *Tragea confortans.*

- \mathcal{U} Valerian.
calam. aromat. ana 3 ii.
sem. coriandr.
cubebar. ana 3 j. β .
confect. alkerm.
macis ana 3 j.
facch. perlat. 3 j.

M. dos. 3 ii.

- 5) Mastich.
n. mosch.
cubebar.
cardamom. ana 3 β .
sal volat. succin. 3 j.
amb. grys. gt. vii.

M. d. ad vitr. probe ob-
turatum, dos. 3 j.

- 6) \mathcal{U} Sal volat. C. C. 3 ii.
medull. castor. elect. 3 β .
M. f. pulv. d. ad vitr. pro-
be obturat. S. Pulvis,
de quo contra auditum
obstructum, magnitudo
pisi, gossypio indita,
auri inferatur.

18. *Specificæ.*

- 1) *Pulvis antiepilepticus*.
 \mathcal{U} Lumbr. terrestr. 3 j.
cor. talp. exsiccata. No. 5.
tal. lepor. 3 j.
ungul. alc. subtiliter pulv.
cort. visc. queria. ana
3 β .

cinnab. antim. 3 β .

M. dos. gr. xv.

- 1) \mathcal{U} Antim. Ungaric.
cran. human.
cinnab. antim. ana 3 β .
M. d. in 3. part.

- 3) Excrement. alb. gallinæ
pullulant.
test. ovor. ex quibus ejus-
dem gallinæ pulli ex-
pulsi sunt. ana 3 j.
M. d. in 6. part.

S. Pul-

- S. Pulveres particulares, gram portionem add.
de quibus unus ante pa- unicorn. fossil. ȝȝ.
roxysmum sumatur, ca- Redigantur in 4. pulve-
lide se tenendo. res æq.
4) ȝ Bilis canis atri inte-

T A B U L A III.

D E P I L U L I S.

I. DEFINITIO.

Pillulæ, sunt medicamentum solidum, rotundum, ex remediis facile cohærentibus compositum, pro scopo ut plurimum evacuante, nonnunquam etiam alterante. Denominationem habent a pila. Vocantur etiam *catafotia*, a καταφύω, deglutio.

II. MATERIA.

1. Quoniam pilularum forma, hunc præcipue respectum habet, ut sapores valde amari, vel alii nauseosi hac ratione occultari, & citra fere saporem deglutiiri possint, per se hinc liquet, quæ materiæ præcipue sint pilularum.
 2. In primis autem ad pilulas sumuntur *resinosa*, ex quibus facile sunt pilulæ, si aliquot tantum guttæ, si ve olei cuiusdam destillati, sive tincturæ alicujus, sive essentiæ, e. g. absinthi, elix. propr. iis admiscantur.
 3. Post resinosa, pilulis formandis commode inserviunt *extraicta* inspissata amara, (mollia enim non convenient) e. gr. extractum absinthii, cardui benedicti, centaur. min. fumariæ, gent. i.
 4. **Gummata** depurata, & in extracti formam redacta, e. g. Gummi ammoniacum aceto scillitico solutum, & iterum inspissatum.
 5. Primarium ingrediens pilularum olim fuit, & hodie est, *aloe*. Hujus enim adversissimus sapor sub hac forma optime tegitur.
- Porro, pilulis formandis præcipue etiam inserviunt usuales ilæ massæ pilularum, quæ in officinis præpara-

- paratæ jam prostant, e. gr. M P. catholic. cochiar.
de succino Craton.
7. *Pulveres* in minore quantitate efficaces, & cum glutinantibus v. gr. terpinth. melle, gumm. tragacant. succo liquirit. inspissato, mica panis mixti, in pilulas facile etiam rediguntur.
 8. Tandem etiam merc. *dulc.* in pilularum forma optimè propinatur. Licet enim vanus sit metus ille vulgaris, quod sub pulverulenta forma adhibitus, & masticatus, dentibus, & faucibus pericula adferat, commodissime tamen in forma pilularum exhibetur illis, qui pulveres aversantur.
 9. *Syrupi*, & aliæ nimis liquidæ species, pilularum formæ non convenient.
 10. Neque etiam ad pilulas commode recipiuntar *pulveres grossi*, spissi, terræ, & aliæ species friabiles non cohærentes.
 11. *Salia* vel plane non, vel paucis granis ad pilulas sumantur.

III. MAGNITUDO, ET DOSIS.

1. *Veteres*, effusas admodum habebant pilulas, & ex 3 j. massæ, cum melle paratæ, vix 6. vel 8. pilulas formabant.
2. *Galli*, *Angli*, & *Batavi*, hunc morem quoad magnitudinem pilularum adhuc sequuntur.
3. Apud nos, in usu est triplex illarum magnitudo.
 - 1) Nonnullæ, duo grana pondere suo referunt, & magnitudine sua pilum æquant.
 - 2) Nonnullæ, ad pondus grani unius sunt.
 - 3) Nonnullæ, granum tantum semis, vel minus præderant.
4. Et sane molis exiguitas ob multos respectus in pilis observanda est: ita quidem, ut non tantum prævæ sint, verum etiam paucæ pro una dosi præscribantur.
5. Excipiendæ autem sunt tales compositiones, quæ non tam craste evacuandi, quam alii sublimiori sopore destinantur, e. g. pilulæ polychrestæ *Stabianeæ*. Interea tamen harum, & similiūm dosis adsumenda non facile debet excedere 3 j.
6. Ceterum, aliquando una tantum dosis, aliquando pilares præscribuntur, quo casu quantitas specierum proportionate augenda est.

IV. ORDO PRÆSCRIBENDI.

1. Pilulæ catharticæ quando præscribuntur , talis communiter ordo commendatur , ut primum basis , deinde adjuvans , postea stimulans , & denique corrigens ponenda sint , Ubi observandum , quod lenientium , & per *epicrasis* evacuantium pilularum basis ordinaria sit aloes , aut ejus extractum gummosum , cum aqua violarum , vel rosarum paratum ; item pilulæ *Francofurtenses* quæ nihil aliud esse , quam aloe cum aqua violarum extracta , dicuntur .
2. In aliis autem , quæ ulterioris , quam evanescendi usui , destinantur , primum extracta , deinde gummata , & ultimo loco glutinantia , e. g. therebinthinata ponuntur . Hic autem ordo ab auctoribus toto die negligitur .
3. Formulam ordinarie claudit subscriptio . M. f. l. a. pil. nom.
4. Quando ob saporem , odorem vel colorem valde ingratum , auro , vel argento obducendæ sunt , id in subscriptione sequentibus verbis exprimitur : *auro* , *argento obducantur* .

V. REGULÆ.

1. Pilulæ infantibus minus convenient , quoniam illas commode deglutire non possunt .
2. In difficultate deglutendi non debent præscribi .
3. Neque etiam siccioribus subjectis sunt accommodatæ .
4. Quæ auro , vel argento non obducuntur , illas pulveribus subtilissimis , e. g. liquiritiæ , oc. cancr. conspergunt .
5. Licite autem pilularum forma frequentissime purgandi scopo eligitur , ita nihil impedit , quo minus præparandi , mundificandi , roborandi , sopiendi fine etiam ordinentur .
6. Immo sunt , qui ad *externos* adeo usus pilulas extendunt , e. g. in odontalgia pilulas formant ex extracto ligni guajaci , ligni Rhodii , & dolenti denti tallem pilulam imponunt ; item pro *masticationis* scopo , mediante extracto nicotianæ , tragacanth. & mastic. formantur pilulæ , quæ vero , quia efficaciora remedia ad hunc finem obtinendum prostant , merito rejiciuntur .
7. Pilulæ cum *vehiculo* nimis calido non debent propinari .
8. Quæ

8. Quæ sunt *ingrati saporis*, illæ sub involucre passulæ majoris, pruni cocti, vel massæ illius panariæ, dictæ, a multis commode deglutiuntur.
9. Adsumuntur autem pilulæ.
- 1) purgantes tempore plerumque matutino.
 - 2) lenientes, idest, leniter laxantes, tempore vespertino.
 - 3) anodynæ, eodem tempore.
 - 4) Reliquæ autem alterantes, tempore quoconque.
10. Prostant in pharmacopœis multæ inconditæ massæ pilularum e. g. Indæ, Arabice, lucis majoris, sine quibus esse nolo, aggregativæ &c. quas Medicus omni modo debet evitare.

VI. FORMULÆ.

1. Emetice.

1) $\frac{1}{4}$ Extract. cathol. $\eth \beta.$

resin. jalapp. gr. iii.

tart. emetic. gr. ii.

elix. P. P. q. s.

M. f. pil. No. xv. d. pro dosi.

2) $\frac{1}{4}$ Extract. panchym.

Crol. g. xii.

ellebor. n. gr. v.

merc. vit. gr. iii.

effsent. absinth. q. s.

M. f. pil. No. xx. d. pro dosi.

2. Purgantes,

1) $\frac{1}{4}$ Extr. panchym. Croll.

jalapp. resinof. ana gr. vj.

extr. fumar.

card. bened. ana gr. iii.

scammon. sulphurat. gr. ii.

M. f. pil. No. xx.

D. S. Pilulæ purgantes pro una vice.

2) $\frac{1}{4}$ extr. panchym. Croll.M. P. de succin. Craton.
ana gr. vj.

merc. dulc. gr. iii.

resin. jalapp. gr. ii.

os. fœnicul. gutt. ii.

M. f. l. a. pullul. No. xx.

S. catarrhal. Pilulæ.

3) $\frac{1}{4}$ M. P. polychrest.
extr. cathol. ana $\eth \beta.$

M. f. l. a. pil. No. xx.

S. Pilulæ laxantes, pro una vice.

4) $\frac{1}{4}$ Extr. ellebor. nigr.
merc. dul. ana gr. vj.
aloës gummos.
trochifc. alhand. ana
gr. iv.

M. f. pil. No. 20.

S. pilulæ cephalicæ purgan-
tes, pro una vice.5) $\frac{1}{4}$ Gumm. ammoniac.
aceto squill. solut. & in-
spiss. $\eth \beta.$

merc. dulc. gr. v.

aloës rofat.

extr. fumar. ana gr. iii.
elle.

ellebor nigr. g. ii.
M. f. pil. No. xxiv.
S. Pilulæ resolventes, pro
una vice.

6) 24 Extr. cathol. ♂ β.
ellebor. nigr. g. v.
merc. dulc. gr. iv.
resin. jalapp.
gumm. gutt. ana gr. iii.
M. f. pil. No. xx.
S. Pilulæ pro hydropisia,
pro una vice.

7) 24 M. P. polychrest.
gr. xii.
extr. ellebor. nigr.
centaur. min. ana
gr. iv.

M. f. pil. No. xx.
S. Pilulæ ad promovendas
hæmorroidas, pro vice.

8) 24 Gumm. ammoniac.
præp. aloes gummm. ana
gr. vi.
gumm. galban.

sagapen. ana gr. iii.
extr. centaur. min.
ellebor. nigr. ana gr. ii.
estent. succin. q. s.

M. f. pil. No. xx.
S. Pilulæ aperientes, pro
una vice.

9) 24 Extr. rhabarb. fu-
mar. ana 3β.
cent. min. card. bened.
ana ♂ j.
limat. mart. præp. ♂ β.
fal. succin. gr. v.
M. f. pil. ad pond. gr. j.

dos. gr. xv.
S. resolvenda Pilulæ resol-
ventes.

10) 24 Pilul. tattarear. Quer-
cet. reumatic. ana gr.
viii.
merc. dulc.
resin. jalap, ana gr. ii.
tinct. tart. q. f.
M. f. pil. No. xx.
S. Pilulæ pro una vice

11) 24 Gumm. ammoniac.
præp. gr. xii.
extr. agaric.
trochisc. alband. ana
gr. iii.
resin. jalapp. gr. ii.
M. f. pil. No. xx. d.
S. Pilulæ pro una vice.

12) 24 Aloes gummos. ♂ j.
extr. panchym. Sroll. ♂ β.
limat. mart. præp. gr. v.
M. f. pil. ad pond. gr. j.
S. Pilulæ contra obstructio-
nes, dos. gr. iii. v.

13) 24 Aloes gummos.
myrrh, præp.
gum. juniper.
heder. ana ♂ j.
extr. absinth. vinos.
card. bened. vin.
cochlear. aquos. ana
gr. xvj.
fumar. vin. ellebor. nigr.
aquos. ana gr. viii.
terebinth. Venet. ♂ β.
M. f. pil. ad pond. gr. j.
S. Pilulæ matricales.

- 14) **℞** Extr. cathol. gr. xii.
rhabarb. gr. v.
colocynth. gr. iii.
micar. pan. alb. q. s.
M. f. pil. No. xx.
S. Pilulæ, pro una vice.
- 15) **℞** Pilul. balsam. vi.
sceral. 3 j.
gumm. bdell.
mastich. ana ♂ꝝ.
elater.
tart. vitriolat. ana ♂ j.
M. f. pil. ad pond. gr. i.
S. Pilulæ in hydropisia
3. *Adstringentes, & sistentes.*
- 1) **℞** Gumm. elem.
mastich. ana ♂ ij.
terr. catech. ♂ j.
M. f. c. balsam. Indic. pil.
ad pond. gr. j.
S. Pilulæ ad gonorrhœam
dos. gr. xii.
- 2) **℞** Off. sep. præp. 3ꝝ.
terebinth. Venet. q. s.
M. f. pil. S. ut supra, ad
gonorrhœam
- 3) **℞** Extr. millefol.
tormentill. ana ♂ j.
theriac. cœlest. ♂ꝝ.
tinct. opii q. s.
M. f. pil. dos. ♂ꝝ.
S. pilulæ sistentes.
4. *Salivantes.*
- 1) **℞** Panac. mercurial.
gr. xv.
mic. pan. alb. q. s.
M. f. pil.
- 2) **℞** Merc. dulc. gr. xii.
M. c. mucilag. tragacanth. f. pil.
- 3) **℞** Merc. current. g. xii.
M. c. succo liquirit.
f. pil.
5. *Stomachicae.*
- 1) **℞** Extr. cort. cascarill.
♂ j.
gentian. rubr.
card. bened. ana ♂ꝝ.
limit. mart. præp. gr. v.
M. f. pil. dos. ♂ꝝ.
6. *Anodynæ.*
- 1) **℞** Succ. liquirit. ♂ j.
pilul. *Vildegans.*
de cynogloss. ana gr. v.
syrup. papaur. errat. q. s.
M. f. pil. dos. gr. v-vj.
- 2) **℞** Extr. tormentill.
bistort. ana 3 j.
theriac. cœlest.
laudan. opiat. ana gr. vj.
M. f. pil. ad ponp. gr. i.
dos. gr. vi-viii. in *dy-*
fenteria.
7. *Pilulæ Vildegansi genuine.*
- ℞** Opii crud.
fibr. ellebor. n. ana
īb ꝝ.
- Opium primum cum acet.
dist. & deinde quo resi-
duum est, cum alcal.
adfuso extrahatur. Fibr.
ellebor. nigr. extrahe
cum vino, melius cum
aqua, per digestionem,
quod satis. Adde.
- Myrr.

Myrr. per alkahest <i>Glau-</i>	<i>vin. parat.</i> 3 j.
<i>beri</i> ita præparatum,	<i>croc. orient. subtiliss.</i>
ut cum aq. solyi pos-	<i>pul. 3 ii.</i>
fit. Deinde recip. col.	<i>ol. destillat. juniper.</i>
3 iv.	3 j.
extr. theriac. ex rad.	<i>M. f. MP. & form.</i>
alexipharm. c. spir.	<i>pil. ad pond. gr. j.</i>

T A B U L A IV.

D E B O L I S.

I. DEFINITIO.

Bulus, est medicamentum inter solida, & fluida mediae consistentiæ, quod figura sua glandem aliquo modo refert, & tanquam morulus, seu frustulum una vice deglutitur.

II. MATERIA.

Hic consideranda sunt.

1. *Basis*, seu ingredientia, quæ varia sunt, e. g.
- 1) *Pulveres* in parva quantitate efficaces, quæ semper primarium sunt ingrediens.
- 2) *Spiritus*, & *essentiæ*. Hæc, partim ad gratiam, partim ad melius subigendum pulverem, partim ad augendam virtutem, adjiciuntur.
- 3) *Olea*.
2. *Excipiens*; quod liquidum esse debet, ut reliquæ species siccæ in unam massam cohærere possunt. Sunt autem communissima excipientia:
- 1) *Conseruae*.
- 2) *Rob*, & *syrupi*.
- 3) Reliqua non facile præscribuntur, nisi specialis circumstantia eadem postulet, e. g.
- a) *Elephantaria*.
- b) *Extradita*.
- c) *Pulpe*.
- d) *Succi inspissati*.

III. MAGNITUDO, ET DOSIS.

1. Bolum quam maxime commendat *parvitas*, ut eo facilius deglutiri possit. Unde 3 ii, excedere non debet;

- bet; immo quando ingredientia levia sunt, & tunc
gescunt, 3*j.* sufficientem molem constituit. Sit e.g.
 2. Pulveris ingredientis s. baseos 3*fl.*- $\frac{1}{2}$ *ij.*, & erit con-
servæ tanquam excipientis 3*j.*
 3. Sic etiam sit v. g. pulveris baseos 3*fl.* & erit rob
excipientis etiam 3*fl.* Hanc proportionem sequen-
tes formulæ clarius monstrabunt.
 4. Quando conserva minus succulenta est, tantillum syru-
pi additur; Si vero nimis succulenta fuerit massa,
tantum sacchari miscemus, quantum satis ad consi-
stentiam.
 5. Quando ob pulvrum levitatem magnitudo augetur,
id, quod potissimum cum rhubarbo contingit, duo
minores boli ex illa massa formari possunt.

IV. REGULÆ, ET OBSERVATIONES.

1. Omnia ingredientia, & excipientia ita sint compara-
ta, ut non tantum gratiam bolo conciliare, sed &
facile cum reliquis misceri queant. Unde *amara*,
maxime naufeabunda, & *viscida*, bolos ingredi non
debent.
 2. Veteres, bolorum præscriptiones ad illum casum re-
servabant, quando nonnulli patientes pulveres, vel
alios medicamentorum sapores valde aversabantur;
quo casu & hodie locum habere debent.
 3. Quoniam autem ipsorum bolorum ingestionem variæ
difficultates premunt, præscriptio illorum non fre-
quens esse, sed ad speciales casus & circumstantias
reservari debet.
 4. Quoad *consistentiam* bolorum, notandum, quod neque
nimis mollis, neque nimis secca esse debeat. Hinc,
ad cavenda hæc incommoda, addi debet justa syru-
pi quantitas; in quem finem formulæ subjicitur:
Syrupi q. s.
 5. Et quoniam *salia fixa*, & *volatilea* facile liquefcunt,
& sic boli debitam consistentiam impediunt, præter
ea, fermentationem causare possunt, non ingredian-
tur hanc formam, nisi quidem bolus mox post præ-
parationem adsumatur.
 6. Boli effectum optatum *prompte* exhibere non solent,
quoniam involucrum pulvrum contentorum inven-
triculo tardius resolvitur, & hinc efficacia illarum
specierum retardatur. Hinc etiam necesse est, ut
potus

potus calidus post boli deglutionem mox sumatur,
& hac ratione promptior illius resolutio promovea-
tur.

V. FORMULÆ.

1. Emetice.

- 1) $\frac{1}{4}$ Conserv. flor. per-
sic. 3*β.*
tart. emetic. gr. iii.
sacchar. cand. $\frac{1}{2}$ i.
M. f. bolus.

- 2) $\frac{1}{4}$ Conserv. gratiol. 3*j.*
pulv. ypecacuanh. gr.
xxvj.
syrup. emetic. q. s.
M. f. bolus.
3) $\frac{1}{4}$ Conserv. rosar. so-
lut. 3*j.*
pulv. rad. afari. 3 *β.*
syrup. flor. persic. q. s.
M. f. bolus.

- 4) $\frac{1}{4}$ Conserv. fumar. 3*j.*
merc. vit. gr. iii.
pulv. jalapp. $\frac{1}{2}$ *β.*
gumm. gutt. gr. iv.
resin. scammon. gr. ii.
syrup. decichor. c. rha-
barb. q. s.
M. f. boli No. ii. succe-
sive deglutiendi,

2. Purgantes.

- 1) $\frac{1}{4}$ Conserv. cynosb. 3*j.*
rhabarb. elect. $\frac{1}{2}$ ii.
resin. jalapp. $\frac{1}{2}$ *β.*
syrup. de cichor. c. rha-
barb. q. s.
M. f. boli No. ii. succe-
sive deglutiendi.

- 2) $\frac{1}{4}$ Conserv. flor. per-
sic. $\frac{1}{2}$ j.

merc. dulc.

pul. jalapp. ana gr. v.

syrup. absinth. q. s.

N. f. bolus, pro infante 4.
vel 5. annorum,
S. bolus laxans, in *atro-*
phbia, & *vermibus*.

- 3) $\frac{1}{4}$ Conserv. flor. bel-
lid. 3*j.*

merc. dulc. $\frac{1}{2}$ *β.*
resin. scammon. gr. iv.
syrup. rosar. solut. q. s.
M. f. bolus.

- 4) $\frac{1}{4}$ Conserv. gratiol. 3*j.*
merc. dulc. gr. xii.
resin. jalapp. gr. iii.
syrup. e spina cervin.
q. s.
M. f. bolus.

3. Salivantes.

- 1) $\frac{1}{4}$ Conserv. flor. per-
sic. 3 *β.*

merc. dulc. gr. xv.
syrup. rosar. solut. q. s.
M. f. bolus.


- 2) $\frac{1}{4}$ Conserv. fumar. 3*j.*
turpeth. mineral. gr. iii.
syrup. flor. persic. q. s.
M. f. bolus.

- 3) $\frac{1}{4}$ Conserv. gratiol. 3 *β.*
panac. mercurial. gr. xv.
syrup. rosar. solut. q. s.
M. f. bolus.

- 4) $\frac{1}{4}$ Conserv. fumar. $\frac{1}{2}$ j.
arcان. corall. gr. iii.
syrup. flor. persic. q. s.
M. f. bolus.
5. Sistentes, & anodynæ.
4. Adstringentes.
- 1) $\frac{1}{4}$ Conserv. bellid. j.
corall. rubr. præp. $\frac{1}{2}$ β .
terr. sigil. $\frac{1}{2}$ j.
syrup. corallior. q. s.
M. f. bolus.
- 1) $\frac{1}{4}$ Conserv. papav.
rhead. antim diaphoret.
ana $\frac{1}{2}$ j.
cinnabar. antim. gr. vj.
laudan. opiat. gr. ii.
syrup. papav. errat. q. s.
N. f. bolus. 3 j.

- 2) $\frac{1}{4}$ Conserv. rosar. antiq. $\frac{1}{2}$ ii.
sangu. dracon. $\frac{1}{2}$ j.
croc. mart. adstring. gr.
iv. syrup. cydonior. q. s.
M. f. bolus.
- 2) $\frac{1}{4}$ Conserv. flor. anthos 3 j.
matr. perlar. $\frac{1}{2}$ β .
theriac. celest.
D. P. de cynogloss. ana
gr. ii.
syrup. papav. etrat. q. s.

- 3) $\frac{1}{4}$ Conserv. balaust. $\frac{1}{2}$ ii.
lapid. hæmat. $\frac{1}{2}$ j.
- M. f. bolus.



T A B U L A V.

D E E L E C T U A R I I S.

I. DIFFERENTIA.

- E**lectuaria, a bolis parum differunt: *bolus* enim est electuarium, quod una vice deglutitur; electuarium autem, stricte dictum, plures doses continet.
- Inter ea tamen, electuarium consistentiam paulo molliorem habet, quam bolus.
- L**indus, licet ab electuariis quodammodo differant, illos tamen non sine ratione huic tabulæ inferendos judicavimus.

II. MATERIA.

- Electuaria, uti cum bolis multum convenient, ita etiam

etiam ingredientia, & excipientia cum illis habent communia. Conficiuntur nempe,

- 1) Ex pulveribus,
- 2) Ex conditulis, atque
- 3) Ex conservis.

2. Quo vero ordine haec præscribantur, sequente membro indicabimus.

III. MAGNITUDO, ET DOSIS.

1. Tota compositio, seu descriptio electuarii. non sit minor *uncis duabus*; neque etiam facile excedat *uncias quatuor*. Electuarium enim, progrediente tempore, vel nimis spissum redditur, vel proflus corruptitur.
2. Pro *dosis*, plerumque sumitur magnitudo modo *juglandis*, modo *castaneæ*, modo *avellaneæ*, quæ dosis per signaturam germanicam sequente modo exprimitur. Electuarium, de quo magnitudo *Castaneæ juglandis*, vel *avellanae*, vel etiam aliquot cuspides cultri plenæ sumantur.
3. *Proportionem* ingredientium, & excipientium, sequentia docent.
 - 1) Conservæ $\frac{3}{j}$.
 - 2) Pulverulentorum $\frac{3}{j}$ - $\frac{3}{ii}$.
 - 3) Condit. $\frac{3}{ii}$ - $\frac{3}{P}$.
 - 4) Confect. $\frac{3}{j}$ - $\frac{3}{ii}$.
 - 5) Effent. }
 - 6) Tinctur. } $\frac{3}{j}$ - $\frac{3}{P}$.
 - 7) Sipr. }
 - 8) Extract. $\frac{3}{P}$ - $\frac{3}{j}$.
 - 9) Syrup. q. f.
4. Non opus autem est, ut quodvis electuarium *omnes* has species contineat, sed seliguntur tantum illæ, quæ ad scopum obtinendum, & nauseosum saporem evitandum conducunt.
flor. til. ana 3 j.
epilept. *Lang.* 3 fl.

lumbr. terrest. præp.

spec. de hyacinth. ana
3 fl.

syrup. e pœon. 3 fl.

M.

3) 24 Aq. pœon. 3 j.

sal. volat. succin. 3 j.

M. pro tribus vicibus.

4) 24 Aq. flor. til. 3 ii.

pulv. secund. in vin lot,
& exsiccata 3 fl.M. versus novilunium pro-
pin.

5) 24 Aq. borrag.

bugloss. ana 3 ii.

antim. diaphor.

corall. rubr. præp. ana
3 fl.

matr. perlar. 3 ii.

tinct. anodyn. 3 j.

MP. de cynogl.

laud. opiat. ana gr. ii.

syrup. myrtin. 3 fl.

M.

6) 24 Aq. pœon.

hirund.

ceras. nigr.

epilept. *Lang.* ana
3 j.pulv. epilept. *Stabll.* 3 j.

liquor. C. C. succin. 3 j.

syrup. e pœon. 3 fl.

M.

12. Roborantes, analepti-
cæ, nervinæ, tonicæ,
carminativaæ.

1) 24 Aq. card. bened.

borrag.

bugloss.

ceras. nigr. ana 3 j.

corall. rubr. præp.

crystall. mont.

conf. de hyacinth. inc.
ana 3 j.

effent. cort. aurant. 3 j.

julap. gemmat. 3 fl.

M.

2) 24 Aq. meliss.

cinnam. c. vin.

scorzon.

C. C. citr. ana 3 j.

effent. cinnam. 3 j.

effent. ambr. 3 j.

spir. sal. amm. gutt. xii.

conf. alkerm. 3 j. fl.

syrup. cinnam. 3 iii.

M.

3) 24 Aq. ulmar.

cinnam. cydoniat.

namph.

rosar. ana 3 j.

matr. perlar. præp.

spec. de hyacinth. ana
3 j. fl.effent. alexiph. *Stabll.*
3 ii.

dul. 3 fl.

succin. citr. recent. 3 iii.

syrup. acetos. citr. 3 fl.

M.

4) 24

- 4) 24 Aq. pœon.
flor. til. ana 3 j.
apoplect. *Lang.* 3 β.
rob. cydon.
berb.
ceras. acid. a. 3 iii.
specif. cephal. *Mich.* 3 β.
syrup. de betonic. 3 β.

M.

- 5) 24 Aq. salv.
tunic.
pœon.
flor. sambuc. ana 3 j.
liquor. C. C. succinat. 3 β.
essent. dulc. 3 ii.
cinnab. antimon. præp.
- 3 i.
tab. man. christ. perlat.
3 ii.

M.

- 6) 24 Aq. galeg.
rosar.
cinnam.
bugloss.
perlat. 3 j.
corall. præp.
fimaragd. præp.
hyacinth. præp. a-
na 3 j.
extr. cascarill. 3 β.
syrup. granat.
corall. ana 3 ii.

M.

- 7) 24 Aq. fœnicul.

- meliss.
carminat. seu ad flat.
f. v.
chamomill. ana 3 j.
Essent. carminat. *VVedel.*
alexipharm. *Stabli.*
ana 3 ii.
spirit. nitr. dulc.
vitriol. dulc. a. 3 β.
extr. cascarill. 3 j.
syrup. cort. aurant.
citr. ana 3 iii.

M.

13. *Mixtura ad lamben-*
dum, in aphthis.

- 24 Mucilag. cydon.
phyll.
c. aq. malvat. extr. ana
3 ii.
aq. fœnicul. 3 j.
prunell. 3 β.
mell. rosat. 3 vi.

M.

14. *Mixtura abstergens, in*
aphthis externe adhiben-
da.

- 24 Aq. prunell.
saly. ana 3 ii.
rob. diamor.
mell. rosat. ana 3 β.
alum. ust. 3 j.

M.

T A B U L A XI.

D E J U L E P I S.

I. DEFINITIO.

Julepi, sunt mixturæ liquidæ, quæ consistentiam habent dilutam, & fere diaphanam, atque ex multa aqua, paucō vero syrupo constant.

II. DIFFERENTIA.

1. *Juleporum* differentiam a *potionibus*, præcedente tabula monstravimus. His addimus, quod potiunculæ, ex variis constent ingredientibus, julepi autem ex dulcibus tantum, & acidis gratiорibus.
2. *Veterum julepi*, a *recentiorum julepis*, ratione consistentiæ, & præparationis, differunt. Illi enim syrapi formam exhibent, & mediante coctione præparantur, e. g. *julepi rosarum*, *violarum*, *gemmaus Norimberg.* &c. hi autem sunt tenues, & per simplicem fiunt mixtionem.

III. MATERIA.

Hic notamus,

1. *Basin*, seu liquores excipientes, qui sunt multiplices.
 - 1) Modo enim sumuntur *aqua destillatæ*.
 - 2) Modo simpliciter *fontanæ*.
 - 3) Modo *decocta* varia, e. g. hordei, tamarindorum, citri, scorzonerae, passularum, cornu cervi, cichorei.
 - 4) Modo *infusa* ex floribus.
 - 5) Modo *phlegma* vitriol. mediocriter acidum.
 - 6) Minus autem commode ex *sero latidis*.
 - 7) Modo *vinum* additur.
2. *Addenda* reliqua, quare alterationem & gratum saporem adferunt. Haec sunt
 - 1) *Succi* vegetabilium, e. g. citri, cerasorum acidorum, berberum, ribum, rub. id. cydon.
 - 2) *Syrupi* varii, in primis qui gratam habent aciditatem, v. g. *syrupus acetositatis* citri, cerasor. acid. berberum, cydon. rib. rub. id.

- 3) *Tincturae vegetabilium*, e. g. rosarum, violarum, flor. aquileg. bellid. papav. rhead.
- 4) *Spiritus acidi*, e. g. spir. vitriol. sal. tam acidi, quam cum spir. vin. dulces redditi.
3. Nonnumquam *gelatinæ* in liquore dissolvuntur, e. g. gelatina cornu cervi; id, quod plerumque contingit in febribus malignis.
4. Immo interdum *conservæ* gratiores cum aquis destillatis teruntur, aut etiam in vase clauso coquuntur, & deinde colatura tinctura quaedam acida, vel spirit. acidus additur.

IV. PROPORTIO.

Ingredientium proportio sequens est.

1. *Liquor* habeat partes quatuor, e. g. 3*j. iv.*
2. *Syrupus* vel *succus* inspissatus saccharatus partem unam 3*j.*
3. *Tincturae* vegetabilium, præcipue si color julepi minus est rubicundus, additur pars dimidia 3*P.*
4. *Spirituum* acidorum proportio accurate non potest determinari. Unde pharmacopœi arbitrio relinquuntur, adjectis verbis: q. s. ad gratam aciditatem.

V. DOSIS.

1. Julepi, majori semper quantitate solent præscribi, nempe 1*b. f. j. ii.* ut copiose possit adsumi.
2. Quia enim admodum diffusi sunt, majori dosi, nempe ad 3*j.-iii.* adsumuntur.

VI. USUS.

1. Julepi, uti quoad saporem, odorem, & colorem ordinarię satis grati, & in praxi familiares sunt ita utilitatem etiam suam experientia probant. Ob fluidam enim, quam habent, consistentiam, ad intimiores partes facile penetrant.
2. Præcipue autem locum habent in febribus acutis, biliosis, ardentibus, &c. quando vires sunt prostratae, & omnia pathemata exacerbata, nempe ubi sitis, aestus, anxietas maxime urgent; modo sapor non adeo dulcis, sed subacidus sit.
3. Quando autem pro potu ordinario tum eliguntur, satis debent esse diluti, & parum acidi, ne ægri damnum inde experiantur.

II. REGULÆ.

1. Quoniam julepi ordinarie pro scopo recreante, & si-
tim sedante præscribuntur, eo respiciendum est, ut in-
gredientia huic fini respondeant, & gratissima sint.
2. Non ingrediantur julepos obscura, pulverulenta, cras-
fæ conservæ, syrapi turbulenti, spissa electuaria.
3. Quando syrapi acidi jam præscripti sunt, cavendum
est, ne spiritus minerales insuper præscribantur, alias
julepus nimis fit austerus, adstringens, & a conve-
niente sapore, qui inter dulcedinem & aciditatem me-
dium tenere debet, nimium deflectit.

VIII. FORMULÆ.

1. Temperantes, analeptici.

- 1) 2*q* Aq. ceras, nigr.
borrag.
bugloss. ana $\frac{3}{j}$. β .
nymph-
cinnam. cydoniat.
ana $\frac{3}{j}$.
syrup. ceras acid.
rub. id.
acetosif. citr.
cydon. ana $\frac{3}{\beta}$.
cliff. antim. fulphurat. q.
s. ad gratiam aciditatem.

M. d. S. Julepus roborans,
de quo in calore, &
lassitudine coclear ple-
num sumatur.

- 2) 2*q* Aq. scord.
scorzon.
flor. acac.
sambuc.
C.C. citr. ana $\frac{3}{j}$. β .
syrup. berber.
rib. ana $\frac{3}{vi}$.
succ. citr. recent. $\frac{3}{\beta}$.
tinct. rosar. $\frac{3}{ii}$.

M. d. S. ut supra.

- 3) 2*q* Aq. plantag.
cichor.
galeg.
fragar.
rosar.
naph. ana $\frac{3}{j}$.
syrup. acetos. citr.
ceras. acid.
granat. acid. ana $\frac{3}{vi}$.
conf. alkerm. incompl.
 $\frac{3}{ii}$.
spirit. vitr. q. s. ad gratiam.
M.S. ut supra.
- 4) 2*q* Decoct. hord. $\frac{15}{j}$.
syrup. berber.
rib.
rub. id. ana $\frac{3}{j}$.
tinct. flor. tunic. $\frac{3}{\beta}$.
spirit. nitr. dulc. $\frac{3}{\beta}$.
M.
- 5) 2*q* Decoct. tamarind. $\frac{15}{j}$.
succ. citr.
ceras. acid.
cydon.
berber. ana $\frac{3}{vi}$.
sy-

syrup. granat. acid. 3 fl.	8) 24 Aq. simpl. 15 j.
spir. nitr. dulc. 3 fl.	syrup. acetos. citr. rud. id.
M.	berb. ana 3 j.
6) 24 Decoct. C. C. cum rad scorzon. 15 j.	spir. vitr. q. s. ad gratum acorem.
succ. ceras. acid. citr. recent.	M.
rib.	Julepi incrassantes.
berber. ana 3 vj.	1) 24 Aq. sanic.
tinct. viol. unc. semis.	portulac. ana 3 iv.
syrup. violar.	rob. cydon.
rub. id. ana 3 j.	granat. ana 3 fl.
M.	succ. citr. rec. 3 iii.
7) Flor. rofar.	spirit. nitr. dulc. 3 ii.
violar.	M.
tunic.	2) 24 Aq. C. C. citr.
papav. errat. ana	millefol.
P. ii.	plantag. ana 3 ii.
infund. in aq. calid. 15 j.	rob. rib.
colat. add.	cerasor. acid. ana
gelatin. C.C. citrat. 3 ii.	3 fl.
syrup. cinnam. cydon.	tinct. flor. tunic.
viol. rub. id. ana 3 fl.	rofar. ana 3 ii.
M.	syrup. acetos. citr. 3 j.

T A B U L A XII.

D E E M U L S I O N I B U S.

I. DEFINITIO.

EMULSIONES, sunt medicamentum liquidum, album, jucundum, ex semenibus lactescientibus, præcipue autem ex nucleis amygdalatis, mediante aqua simplice, vel destillata, paratum.

II. MATERIA.

I. Ad emulsionum compositionem, in usum trahuntur *semina lactescientia*, qualia sunt.

I) Semen cardui mariæ.

2) -- car-

- 2) -- cardui benedicti.
 3) -- citri
 4) quatu- | cucurbitæ.
 5) or fri- | melonum.
 6) gida | citruli.
 7) levina | cucumberum.
 8) Semen aquilegiæ.
 9) - - - cartham.
 10) - - - papaveris albi.
 11) - - - raparum.
 12) - - - apii.
 13) - - - cannabis, &c.
 2. Nuclei, quorum præcipui sunt:
 1) Nucl. amygdalarum dulcium.
 2) - - pineæ.
 3) - - pistaceæ.
 3) Liquor emulsionum, variat pro circumstantiarum, & morborum conditione.
 1) In genere, simplex esse debet, ita, ut neque colore neque odore ingrato scopum emulsionis pervertat.
 2) Frequentissime omnium in usum trahuntur aquæ de-
fillatae simplices, morborum indoli adproprietæ, e.g.
quando diaphoresis excitanda est, aquæ diaphoreticæ;
ad diuresin, diureticæ sumuntur.
 3) Reliqua excipientia usualia, sunt: aqua simplex, de-
coctum hordei; avenæ, cornu cervi &c.
 4. Alia emulsionibus adhuc adduntur. Huc pertinent.
 1) Quæ gratiam eis conciliant, qualia sunt:
 a) Saccharum Canariense perlatum.
 b) Syrupi albicantes, nempe syrup. de nymph. alth.
papaver. alb.
 c) Julepi rosarum, & violarum.
 2) Quæ vires illarum augent: sunt hæc
Pulverulenta albicantia; (quæ tamen ordinarie emul-
siones non intrant) e. g.
 a) oc. caner. simpliciter præp. & citrati.
 b) Matres perlarum præp.
 c) Magister. dent. apri.
 d) - - - mandib. lucii
pisc.
 e) Cornu cervi philosoph. præp.
 f) Lapis percarum.

g) an-

- g) antim. diaphoret.
- h) bezoardicum minerale.
- i) spec. de hyacinth.
- k) margaritæ præp.

III. ORDO.

1. Præparantur emulsiones per contusionem, & exprefſionem.
2. Videlicet semina, vel nuclei, post excorticationem, in mortario contunduntur. Postea liquor conveniens ſuccellive adfunditur, qui partes oleoflas ſeminum imbibit.
3. Quando semina hac ratione ſufficienter contrita ſunt, & laudabiles eorum partes ſub frequenti agitatione per liquorem affufum absorptæ ſunt, liquor per linuum filtratur, ſemina fortiter exprimuntur. Sic prouenit liquor lacteus, emulſio dictus.
4. Hæc, de ordine *præparandi*. Quoad ordinem *præscribendi* (quæ primum locum habeat) attinet, variat ille pro artificis voluntate. Nonnulli enim præmittunt liquorē emulgentem, nonnulli ſemina emulgenda. Post ea, pulverulenta, ſi adsumantur, ſubjiciunt, & denique ſaccharata formulam claudunt,

IV. DOSIS.

1. Ingredientium portio pro majore, vel minore emulſionis quantitate variat.
2. *Semina*, præscribuntur communiter ab $\frac{3}{2}$ fl. ad $\frac{3}{2}$ j. immo nuclei interdum ad $\frac{3}{2}$ ii.
3. Liquoris quantitas, reliqua ingredientia plerumque ſextupla, immo octupla portione ſuperat: prout nempe emulſio ſpiffior, vel dilutior desideratur. Immo nonnunquam dosis liquoris in formula non definitur, ſed pharmacopœi judicio relinquuntur, adpositis signis: q. s.
4. Et ſic quævis $\frac{3}{2}$ j. ſeminum requirit fere $\frac{3}{2}$ j. liquoris, & parum ſacchari, ad gratiam obtinendam. Quando autem peculiarem effectum a ſeminibus exoptamus, majore portione adsumuntur.
5. Quando pulverulenta adjicere placet, cuivis unciæ emulſionis adduntur $\frac{3}{2}$ ii. pulv. De pretiosis autem, e.g. margaritis, $\frac{3}{2}$ j. ſufficit.
6. Tota emulſionis quantitas ſubſtit ordinarie intra $\frac{3}{2}$ iii. $\frac{3}{2}$ vj.

Amyg-

- Amygdalinæ autem, quia majore dosi propinatur, ad lib. i. lib. ii. interdum præscribuntur. Cavidum autem, ne aceſcant, & ita oblatæ, multas turbas excitant.
7. Præscribitur etiam interdum emulſio, quæ uno hauſtu ſumitur, aique hæc $\frac{3}{3}$ j- $\frac{3}{3}$ ii. ordinariè continent. Fit hoc, quando ſcopum emeticum, vel catharticum intendimus, ac priore caſu, e. g. tartar. emeticum, posteriore autem resinam jalappæ, cum vitello ovi ſolutam, adjicimus. Vid. regul.
8. Cœterum, emulſiones in morbis ordinarie versus ſomnum propinuantur, & pro unica dosi cochl. i. ii. ſingulis binis, vel ternis horis exhibentur.

V. USUS.

- Emulſio, tamquam lac artificiale, ordinatur potiſſimum a Medicis pro ſcopo analeptico, nutritive, & temperante, nonunquam pro laxante, & alio ſcopo, uti *formule* docebunt.
- Et quoniam non ſolum jucundissima eſt formula, ſed & ob liquidam ſui conſistentiam intimiora corporis facile penetrat, tanto magis commendari meretur. In quibus autem caſibus noceat, ſub *regulis* indicabimus.
- Nonnunquam emulſiones pro *externo* uſu præscribuntur, e. g. ad *oculos*, quæ ex aquis ophthalmicis, nucleis lenientibus, & paucis camphoræ granis parantur.
- Sic & linteis mediantibus pro *capitis dolore* ordinantur, & hæ, ex aquis diſcutientibus cephalicis, nucleis perſicorum, ſeminibus ſedativis, & camphora, omiſſo ſaccharo, præparantur.
- Non minus tales emulſiones, *loco gargarismatum*, fauicibus inflammatis destinantur.

VI. REGULAE.

- Quoniam *lædæſcentia* tantum ſemina emulſiones ingredi debent, excludenda ſunt talia, quæ albicante medulla carent. Hinc ſemina *anisi*, *carui*, *foeniculi*, &c. minus commode emulſionibus adduntur, quia liquori albedinem non conciliant.
- Sic & *mucilaginosa* liquorem tantum mucilaginosum, non autem album reddunt. Hinc exulent ſemina *cydon. psyll. lint.*, &c.
- Šemina *rancida*, gratiam, quam emulſiones expoſunt, peryertunt.

4. Semina *acria*, & *calida*, uti sunt semen *nasturtii*, quatuor semina *calida majora*, & *minora*, merito, excluduntur. Emulsiones enim, non exagitandi, sed temperandi scopo, præscribuntur.
5. Ut paucis dicamus, cavendum, ne quidquam recipimus, quod
 - 1) vel colorem laetum turbare,
 - 2) vel emulsionem præcipitare,
 - 3) vel ingratum saporem, & odorem conciliare possit. Itaque pulverulenta non debent esse *salina*, licet *nitrum* refrigerandi scopo locum habeat.
6. Hinc *analogia* saltem emulso est, quæ pro scopo purgante ex resina jalapp. scammon item quae ad aperiendum, & expellendum ex gumm. ammoniac. terebinth. myrrh. &c. paratur.
7. *Saccharo* edulcorare emulsiones, nemo deterreatur. Quæ enim individua non tolerant res dulces, neque emulsiones tolerabunt.
8. *Semina frigida*, ad effectum refrigeratoriorum sterilia sunt; & quoniam emulsiones reddunt mucosas, ac magis flatulentas, præscriptio illorum fugiatur, non obstante vulgatissima observantia.
9. Corrigitur flatulentia emulsionum, additione salis cuiusdam nitrii, e. g. tart. vitriolati, arcan. duplicit. nitri antimoniat, item moderata additione aquæ cinnamomi, vel alterius convenientis spirituosa.
10. Emulsiones, quas *acida* ingrediuntur, commode non combinantur cum talibus pulverulentis, quæ per acidâ facile solvuntur, sed melius adhibentur ea, quæ talem, ab acidis solutionem non concedunt, e. g. antimon. diaphoret.
11. Sunt, qui ad gratum saporem *manus Christi* perlatas, aut *syrupos albicantes* recipiunt. Sed ut priores curiositati, & splendori magis inserviunt, ita posteriores emulsionum puritati non respondent.
12. Pro liquore emulsionis, non conductit sumere spirituosa, e. g. *vinum*, *essentias*, sic etiam *serum latis* minus convenit, ob *falias*, quas possidet, particulas.
13. Neque etiam convenit, emulsiones *nimiris saturatas* reddere.
14. Commixtio oleorum subtilium cum aqueis, immediate fieri non potest; mediate, per *falia*, & *spiritus arden-*

ardentes, satis difficulter succedit, & limitata existit. Per emulsiones autem, & saccharum, prompte & comode obtinetur.

15. Ita enim cum emulsionibus subjunguntur *olea destillata, camphora*, tenaces *resinæ*, e. g. *jalapp. scammon. guajac.* Videlicet resina teritur primum cum paucis *amygdalis dulcibus*, quibus deinde plures adjiciuntur, & ut moris est, sub continua tritura, adjecta paucitatem liquoris proportionata quantitate, subiguntur.
16. Mediante autem *saccharo*, fit *elæosaccharum*, nempe guttæ iv. v. cum $\frac{3}{4}$ j. vel majore portione *sacchari albissimi* subtiliter teruntur. Deinde hoc *elæosaccharum* cum aquæ quodam liquore dissolvitur. Hæc enim ratione, potior pars fine sucesione, vel supernatione imbibitur.
17. Emulsiones *pulverulentæ*, ex *margaritis*, & aliis pretiosis paratae, præ aliis eximiam non habent prærogativam. Hinc probe dijudicandum, est, num circumstantiae concedant, ob hanc vulgarem persuasionem, exiguum autem utilitatem, sumptus augere.
18. Nocent emulsiones, & in caseofan crassitiem degenerant, quando primæ viæ *saburra biliosa*, & acida occupatae, vel ipsi humores intemperie tali, aut plane maligna, obfessi sunt.

I. FORMULÆ.

1. Purgantes.	amygd. dulc. excor. add.
1) $\frac{2}{4}$ Resin. <i>jalapp. gr.</i>	aq. <i>fragor. rofar.</i>
viii.	acac. ana $\frac{3}{4}$ iii.
terantur cum vitello ovi,	tab. man. christ. perlat.
add.	$\frac{3}{4}$ j.
aq. <i>rosar.</i>	M. S. ut supra.
flor. acac. ana $\frac{3}{4}$ ii.	
cinnam. f. vin. $\frac{3}{4}$ ii.	
f. l. a. emulsio, colat.	2. <i>Diaphoreticæ.</i>
add.	1) $\frac{2}{4}$ Aq. card. bened.
scach. perlat. $\frac{3}{4}$ j.	scord.
M. d. S. Emulsio laxans,	galag. ana $\frac{3}{4}$ ii.
pro una vice.	amygd. dulc. excortic $\frac{3}{4}$ ii.
2) $\frac{2}{4}$ Resin. <i>scammon</i>	f. l. a. emulsio, colat.
gr. vi.	add.
terantur cum paucis	conch. præp.
	antim. diaphor. ana $\frac{3}{4}$ ii.
	scach.

facch. canar. q. s.

M.

2) 24 Sem. card. mai. 3 fl.
aquileg.
citr. ana 3 j.

Aq. scorzon.

galeg.

rub. id. q. s.

f. l. a. emuls. colat. 3 vj.
add.

oc. cancer. præp.

matr. perlar.

bezoard. mineral. ana 3 j.
facch. perlat. q. s.

M. d. S. Emulſio ſudori-
fera, de qua omnibus
duabus horis duo co-
chlearia plena fuman-
tur.

3) 24 Sem. card. bened.
amygd dulc. ana 3 iii.
aq. scabios.

flor. sambuc.

card. bened. q. s.

f. l. a. emuls. colat. 3 vj.
add.

mandibul. luc. præp.

oc. cancer. citrat.

antim. diaphor. ana 3 j.

M. d. cochleatim.

4) 24 Amygd. dulc. 3 fl.
sem. card. mar.

aquileg. ana 3 ii.

mucilag. hord. q. s.

f. l. a. emuls. colat. 3 viii.
add.

bezoard.

dent. apri

crystall. mont. ana 3 fl.

facch. perlat. q. f.

M.

3. Diureticae.

1) 24 Sem. violar. 3 fl.
mil. folis

cartham. ana 3 ii.

aq. fragor.
chærefol.

veron. q. s.

f. l. a. emuls. colat. 3 viii.
add.

oc. cancer. citr. 3 j.

facchar. canar. q. s. ad
gratiam.

M. S. Emulſio diuretica, co-
chleatim sumenda.

2) 24 Amygd. dulc.

fem. mil. folis
violar. ana 3 ii.

aq. petrosel. q. s.

f. l. a. emuls. colat. 3 v.
add.

spir. fragor. 3 ii.

facchar. canar. q. s.

M.

4. Antiphthifice, & vomi- car.

1) 24 Rub. sulph. gr. vi.
balsam. gr. xv.

amygd. excortic. no. xx.

aq. hyſſop.
scabios.

scord.
tuffilag. ana 3 j.

f. l. a. emuls. impropr. di-
cta, c. facch. vel

syrup. de ſimph.
Fernel. q. s. edulco-
randa.

M.

2) Gumm. juniper.

masti-

mastich.	ana 3 j.
terebinth.	coſt.
balsam. de Copaiw.	ana
θ j.	
terantur c.	amygd. ex-
cort.	3 j.
f.l. a. c.	aq. veron.
hyſſop.	
chærefol.	
tuffilag.	ana q. s.
emulſio.	
colat.	add.
oc.	canc. citr. 3 j.
sacchar.	canar. q. s.
M.	

5. *Abſtergens, in ulceratione
renum, & veficæ.*
- 24 Terebinth. 3 ii.
- vitell. ovi,
- mell. despumat. ana 3 iii.
- aq. fragor. q. s.
- M. S. duo cochlearia ple-
na, quater quotidie
ſumenda.

6. <i>Resolvens, in flasibus in- flammatoriis.</i>
24 Sem. card. mar.
pinear. mund.
amygd. dulc. ana 3 ii.
aq. card. mar.
chærefol.
ſcabios. q. s.
f.l.a. emulſ. colat. 3 vi.
add. antimon. diaphor.
dent. apri, ana 3 β.
ſyrup. de alth. Fer- nel.
q.s. ad gratiam.
M.

7. *Incrassantes.*
- 1) 24 Amygdal. dulc. 3 β.
sem. cannab.
- lactuc. ana 3 ii.
- decoct. C. C. ſeu
- gelatin. C. C. dilutior q. s.
- f.l.a. emulſio, colat. 3 viii.
- add.
- conch. præp.
- ebior. uſt. ana θ ii.
- M.
- 2) 24 Nuc. pin.
piftac.
- sem. 4. frig. maj. ana 3 iii.
- aq. plantag.
- nymph.
- pottulac. ana q. s.
- f.l.a. emulſio, colat. 3 vi.
- add.
- crystal. mont. 3 j.
- ſacch. perlat. q. s.
- M.
- 3) 24 Amygd. dulc.
nuc. pin.
- piftac. ana 3 ii.
- f.c. mucilag. aven. q. s.
- emulſio.
- colat. add.
- ſacch. q. pl.
- detur cochleatim.
8. *Temperantes, anodyne.*
- 1) 24 Amygd. dulc.
- pinear. mund.
- ſem. papav. alb.
- citri ana 3 ii.
- aq. rub. id.
- portulac.
- cichor.
- nymph. ana q. s.
- f. l.

f. l. a. emuls. colat. 3 v*iii.*

add.

matr. perlar.

crystall. mont. ana

3 ii.

facch. perlat. q. s.

M.

2) 24 Sem. 4. frig. maj.

hyoscyam. alb.

cannab.

agn. cast. arfa 3 ii.

f. l. a. emulsio c. s. q. mu-

cil.

hord. colat. 3 v*iii.*

add.

conch. præp.

spir. diaphor. ana 3 ii.

facch. canar. q. s.

M.

9. *Analepticæ.*

1) 24 Amygd. dulc. 3 β.

pinear. mund. 3 ii.

f. c. f. q. decoct. C. C.

emulsio. Add.

aq. cinnam.

bugloss. 3 j. edulco.

retur.

facch. perlat. q. f.

M.

2) 24 Crust. pan. superior.

adfand.

per dimid. hor. aqu.

simpl.

calid. mens. j.

filtretur, coquatur cum

modica portione ave-

næ.

excortic. contus.

M.

24 Colat. 3 v*iii.*

amyg. dulc. 3 j.

f. l. a. emuls. adfund.

aq. 4. flor. cordial. 3 β.

M.

10. *Emulsiones, pro externo*
usu.

1) 24 Nucl. persicor. 3 β.

sem. papav. alb.

hyoscyam. ana 3 j. β.

camph. c. amygd. aliquot

excortic. tritæ gr. viii.

f. l. a. c. aq. verben. beto-

nic. plantag. flor. nymph.

ana q. s. emulsio.

D. S. Emulsio temperans,

in qua linteola hume-

standa, & in dolore Ca-

pitis, temporibus, &

fronti applicanda.

2) 24 Camph. e. amygd.

excortic. tritæ gr. vi.

aq. euphras.

rosar.

calcatrip.

cyan. ana 3 j.

f. l. a. emulsio S.

Emulsio separans, guttatum
in oculis inspergenda.

T A B U L A XIII.

• D E I N F U S I . S .

I. DEFINITIO.

INfusa, sunt medicamenta liquida, seu liquores, in quibus radices, herbæ, & alia, ad infundendum apta, macerantur, ut horum virtute imbuantur.

II. DIFFERENTIA.

1. *Infusa*, quam parum a *decoctis* differant, sequens tabula docebit.
2. Distinguunt auctores *infusa* in
 - 1) *calida*, quando certæ specierum dosi proportionata portio aquæ ferventis adfunditur, & post aliquam digestionem, instar *infusi thee*, calide sumitur. German. vocatur: *Thee herbaceo Thee*. Hæc autem *calida infusa*, quoniam communiter leni cōctione parantur, ab aliis, *decocta per infusionem* vocari solent. Et in
 - 2) *frigida*, quando toti specierum portioni vinum frigidum adfundunt, & post virium extractionem successivis dosibus frigide bibunt. German. vocantur: *Vinum herbaceum*. Quando autem tales species linteolo, aut sindoni includuntur, latine *noduli* adpellantur.
 - 3) Dantur quoque *infusa*, quæ ex solis cineribus, & aquis convenientibus præparantur, & *lixivia* vocantur, qualia in *hydropoe* præcipue adhibentur.

III. MATERIA. Hic notamus.

1. *Ingredientia*, quæ, licet ex triplici regno sumi soleant, potissimum tamen ex vegetabili petuntur; de quo *selecta* sequentia observanda sunt.
 - 1) Tales sunt eligendæ species, quarum virtus medicamentosa a menstruo vino facile solvi, & imbibiri potest. Huc præcipue pertinent vegetabilia, quæ principia habent leniter sulphurea, resinosa, non æque mucilaginosa, e.g. herbæ, flores, & nonnullæ radices, quæ non adeo compactæ sunt.
 - 2) Quæ

- 2) Quæ vero species *magis compactæ* sunt, e. g. ligna, radices compactiores, metalla, &c. fortiori indigent coctione, atque hinc ad infusa eligi non debent.
- 3) Quando infusum *laxans* præscribitur, radices rhubarb., bryon., agaric., polypod., querni, fibr., ellebor., nigri, & fol. sennæ eliguntur, conjunctis corrigitibus, præcipue carminativis.
- 4) Infusa *emetica*, simpliciter parantur ex. gr. iv. vi. vitri antim. cum aliquot uncii vini adfusis, & leni digestioni expositis.
2. *Liquorem*, seu *menstruum*.
 - 1) Menstruum infusorum frigidorum, ordinarie est *vinum*. In laxantibus autem infusis, species aqua *fervida* prius humectari, & quando refixerunt, *vinum* adfundi debet, ut virtus specierum hoc modo facilius extrahi possit.
 - 2) Hoc vinum debet esse *subacidum*, e. g. Rhenan. Mosellan.
 - 3) *Dulcia* autem *exotica*, & *generosa* vina, ob pinguedinem suam principia specierum sulphurea comode non solvunt, atque hinc infusis parandis non convenient.
 - 4) Præterea, *sat* quoddam *digestivum* in *vino* tali subacido solvitur, e. g. *crem.* *tart.* *aqu.* *fol.* *tart.* *crystalli* *tart.* *arcanum tartar.* Hac enim ratione, menstruum altius in remedia penetrat.
 - 5) Infusa *calida* menstruum exposcunt *aquosum*.

IV. ORDO ET DOSIS.

1. Infusa, hoc ordine præscribuntur, ut primo loco radices, deinde herbæ, & folia, tum flores, & semina, post ea aromata, & denuo, si laxantem finem habeamus, laxantia cum salibus, & aliis digestivis ponamus. Hæ species, partim inciduntur, partim contunduntur. Unde formulæ subjicitur: incis. contus. gross. mod. d. ad ch. &c.
2. *Herbæ, folia, & flores*, qui copiosius haberi possunt, præscribuntur ad M. j. ii. Folia autem sennæ, unciatum.
3. *Flores autem aromatici, & rariores*, ad P. j. ii.
4. *Radices, & fructus*, ad Z. j. ii.

5. *Semina acriora, aromata, & salia, ad 3 jii.*
6. *Infusum vomitorum, ex antim. paratum, ad 3 j.*
7. *Infusum purgans, vix ad M. j. e. g. rad. 3 j. 3. j. ff. herbarum collectim M. j. ff. ii. flor. p. iv-vi. sem. 3 ii. 3 ff. aromat. 3 j. ii. purgant. 3 vi-3 j.*
- Infusum alterans, ad M. ii.*
9. *Adfunditur vini sextuplum, aut octuplum, vel ad 3 iv. specierum, vini ad minimum mens. j.*
10. *Species concisæ, & contusæ, præscribuntur*
 - 1) *vel ad chartam, ut domi sacculo, aut nodulo includantur.*
 - 2) *vel in officinis statim sacculo immittuntur, & tum formulæ subjicitur: incis. contus. gross. mod. includ. sacculo ex sindone rubra.*
11. *Signatura infusorum, varia est.*
 - 1) *Vel enim simpliciter signantur: species pro nodulis, & tum reliqua, quæ ad ulteriorem præparatiōnem pertinent, ægrotorum adstantibus præcipiuntur.*
 - 2) *Vel præparatio prolixius signaturæ adjicitur, v.g. S. Species pro nodulis laxantibus in uno sextario aquæ ferventis coquendæ, &, postquam frigerint, tres sextarii vini assundendi, de quo vino mane tepide dimidia pars sextarii bibenda.*
12. *Species liquori infusæ, aliquandiu in digestione relinquuntur. Hinc formulæ subjicitur: relinquatur in digestione per 6. horas, per noctem &c.*
13. *Post sufficientem autem extractionem, infusum in cella adservatur. In calido enim loco, quando diutius manet, facile fermentescit.*
14. *Aestivo tempore, species quidem sufficiente quantitate præscribuntur; ob facilem autem infusi acescentiam, non tota portio, sed aliqua tantum illius pars pro una vice infunditur.*
15. *Dosis infusorum subscriptio, hæc vulgo notatur: Polulum plenum, mane, & post prandium bibatur.*
16. *Atque hæc dosis, vel decantando, vel, præcipue sub finem, transcolando a reliqua portione sumitur.*

V. USUS.

1. *Infusorum formulæ, ut satis sunt familiares, ita & in variis affectibus, si prudente ratione, & selectu partæ sint, efficaciam exerunt insignem. Liquida enim talia,*

talia, egregie penetrant, aperiunt, attenuant, resolvunt, & abstergunt.

2. Hinc in *mensum*, & *hemorrhoidum* obstructione, in *ictero*, *febre quartana*, & aliis *intermittentibus*, salutariter præscribuntur.
3. Præcipue autem familiarissimus est usus illorum infusorum, quæ *vernali tempore* ad *sanguinem mundificandum* ordinantur, & in nonnullis Germaniæ regionibus potus *Maji* vocantur. Hæc infusa, ita communiter concinnantur, ut non simpliciter per catharsin operentur, sed simul incidendo, resolvendo, & corrugando, efficaciam suam exerant. Hinc a schola medica *laxantia*, seu *infusa per epierasin*, adpellantur.
4. Eundem sanguinis mundificandi finem habent *vina herbacea*, infusa illa, quæ cum magna vini quantitate, adjectis aromatibus, passulis majoribus, saccharo, pomis dulcibus, radicibus, & herbis antiscorbuticis, stomachicis, &c. parantur. & in futuros usus conservantur, Germ. dicuntur: *Vina herbacea*, *herba stomachica*, *Absinthium*, *herba Lachlearia*, *vinum enuli*.
5. Res ipsa loquitur, quod infusa, quæ sunt *adversi saporis*, magis adultis, quam infantibus convenient.
6. Pro *usu externo*, infusa non præscribuntur.

VI. OBSERVATIONES.

1. Infusa cum *sero lactis* parare, vel *syropos*, aut *succos*, v. g. de pomis Borsdorffianis, iisdem addere, minus convenient. Quando cum cerevisia fermentante species infunduntur, liquor vocatur.
2. Tam infusorum, quam decoctorum commendatio est, ut, non *sopore* tantum, sed & *colore* non adeo inamoena sint.
3. Caveatur autem, ne, dum amarum saporem corrigeremus intendimus per *saccharata*, flatulenta, & colica pathemata in primis viis excitemus. Tacemus, quod saccharum saporem adversum penitus non auferat.
4. *Radix ari* nunquam omittatur, quando infusum ad menses provocandos præscribendum est.
5. *Terrea*, *pinguis*, & *mucilaginosa*, infusis minus convenient.
6. *Emetica* infusa, ex *antim. parata*, ante adsumptionem

nem, per chartam emporeticam filtrantur, ne quid de substantia antim, hauriatur, & hyperemesis inducatur,

VII. FORMULÆ.

1. Emetice,

- 1) $\frac{2}{4}$ Vitr. ant. pellucid.
gr. viii.
infund. cum vin. Renan,
 $\frac{3}{2}$ ii.

stent per noct. filtr.

5. Potio emetica, pro una
vice,

- 2) $\frac{2}{4}$ Croc. metallor. gr. vi.
infund. per noct. c. vin.
Rhen. $\frac{3}{2}$. ii.
filtr. S. ut antea.

2. Laxantes.

- 1) $\frac{2}{4}$ Rhabarb. elect. $\frac{3}{2}$.
fol. senn. f. stip. $\frac{3}{2}$ ii.
crystall. tart.
femin. carui, ana $\frac{1}{2}$. j.
Infund. per noct. in f. q.
aq. ferv. mane parum
bulliat. Colat,
add.
mann. elect. $\frac{3}{2}$ vi.
d, pro dosi,

- 2) $\frac{2}{4}$ Mann. elect. $\frac{3}{2}$ iii.
solv.
in aq. ferv. lib. ii. In
colat, infund.
rad, cichor.
polypod. ana $\frac{3}{2}$ ii.
summit. cent. min.
absinth, ana M β ,
fol. senn. $\frac{3}{2}$ vi,
rhabarb. elect. $\frac{3}{2}$ ii,
crem, tart,

stent in digest. per noctem
mane col. c. levi expres-
sione

- d. ad vitr. S. Potio laxans,
de qua omnibus tribus
horis poculum plenum
calide bibatur.

- 3) Rad. 5. aperient. maj.
 $\frac{3}{2}$ ii.

ononid.
scorzoner. ana $\frac{3}{2}$ j.
summit. card. bened.
cent. min. ana M β .
fol. senn. $\frac{3}{2}$ j. β .
fibr. elleb. nigr.
rhabarb. elect. ana $\frac{3}{2}$ ii.
cort. aurant.
tamarisc. ana $\frac{3}{2}$ iii.
sal. absinth,
genist.
tartari ana $\frac{3}{2}$ j. β .
adfund. aq. ferv. lib. j. β .
refrigerat. add. yin. Rhen.
lib. iv. dos. $\frac{3}{2}$ vi. in
hydropo.

- 4) Infusus laxans, in iherero.

$\frac{2}{4}$ Rad. cichor,
tarax,
vincetox.
pimp. alb. ana $\frac{3}{2}$ iii.
Herb. capil. ven.
marrub. alb.
abrotan.
summit. cent. min. ana
M. β .
sem. foenic.

cary.

carv. ana 3 j. β.
fol. senn. f. st.
rhabarb. elect.
fibr. elleb. nigr. ana 3 ii.
tart. folub. 3 β.
Inc. adfund. aq. serv. 15 j.
& quando refixit,
add.
vin. Rhenan. 15 iv.
Dof. 3 vi. & ultra.

5) *Infusum laxans carminativum.*

ꝝ Rad. gent. rubr.
caryophyllat. ana 3 iii.
galang. 3 ii.
ari 3 j. β.
Herb. meliss.
menth. crisp.
summit. cent. min. ana M. β.
rhabarb. elect. 3 ss.
fibr. elleb. n. 3 ii.
sem. foenic.
cort. Winteran. ana 3 ii.
cinnam. 3 j.
sal. tart.
Incis. contus. infund. in vin.
bon. alb. 15 iv. Dof. 3 vi.

6) *Infusum laxans in quartana.*

ꝝ Rad. ari 3 ii.
pimp. alb.
vincetox.
irid. Flor. ana 3 iii.
Herb. cuscus.
epithym.
summit. cent. min.
marrub. alb. ana M. β.
fol. senn. Alexandr. 3 vi.

fibr. ellebor. n. 3 iii.
rad. bryon.
polypod. ana 3 ii.
cort. citr.
aurant.
tart. vitriolat.
Incis. adfund. l. a. dos. 3 vi. mane.

7) *Nodus laxans, in fist.*

mors. Uratislav. ad by-
dropem laudatur.

ꝝ Rad. enul.
asar. ana 3 j.
Herb. salv.
cupator.
cichor.
veron.
cuscus. ana M. j.
gran. parad. 3 j. β.
mac. 3 j.
sem. cartham.
anis.
petrosel. ana 3 iii.
rhabarb. elect. 3 ii.
Coq. in yin. menf. iii. co-
lat.
ꝝ lib. iii. add.
syrup. Byzanth. 3 iii.
M. f. potio, pro robust.
3 vi.

NB. Hæc. form. ad potio-
nes referatur.

8) *Nodus laxans, in lue
venerea.*

ꝝ Rad. bacdan. maj. 3 j.
chin.
farlap. ana 3 β.
lign. juniper.
guajac. ana 3 β.
taffafr. 3 ii.
herb.

- herb. saponar. M. ii.
 fol. fenn. f. st. 3 j. β.
 fibr. ellebor. n. 3 β.
 tart. solub. 3 iii.
 Incis. contus. infund. in
 aq. f.
 fery. lib. iii.
 refrigerat. add.
 vin. alb. lib. ii.
 Dos. 3 vi. viii. mane.

 9) *Nodulus laxans antispasticus.*
 24 Rad. poiyod. querni
 angelic.
 valerian.
 pœon. ana 3 β.
 Herb. hyssop.
 adiant. alb.
 aur.
 anagall. ana M β.
 Com. millefol.
 Flor. lil. convall.
 til.
 calendul.
 anagall. punic. an.
 P. ii.
 Fol. fenn. f. st. 3 j. β.
 Fibr. ellebor. n.
 rhabarb. elect. ana 3 β.
 arcان. tart. 3 iii.
 Incis. contus. infund. l. a. c.
 aq. simpl. & vin. q. s.
 Dos. 3 vj. alternis diebus.

 10) *Nodulus antispastico-arthritis.*
 24 Rad. cichor.
 vincetox. ana 3 β.
 sarsaparill.
 chin. ana 3 iii.

 Herb. chamædr.
 chamæpty.
 agrimon.
 origan. ana M β.
 Flor. genist.
 Flor. tunic.
 sambuc.
 verbal. ana Pii.
 Cort. aurant.
 citr. ana 3 j. β.
 fol. fenn. f. st. 3 vi.
 Rad. rhabarb. elect.
 polypod.
 fibr. ellebor. n. ana 3 ii.
 hermodactyl. 3 j.
 crystall. tart. 3 ii.
 Incis. contus. infund. l. a. c.
 aq. f. & vin. generof.

 11) *Nodulus laxans cephalicus.*
 24 Rad. imperator.
 zedoar.
 calam. aromat.
 polypod. ana 3 β.
 Herb. betonic.
 meliss.
 puleg.
 rorismar. ana M β.
 Flor. anth.
 lavendul. ana Pii.
 cardamom.
 cubeb. ana 3 j.
 fol. fenn. f. st. 3 j.
 rhabarb. elect.
 fibr. ellebor. n. ana 3 iii.
 agar. mund. 3 ii.
 fal. polychrest.
 crystall. tart. ana 3 j. β.
 Incis. contus. infund. l. a. c.
 aq. fery. & vin. q. s.
 3. *Dia-*

3. Diaphoretice.

1) 24 Rad. scorzoner.
imperator. ana 3 β.

Herb. scord.
scabios. ana M β.

Incis. infund. in aq. ferv. q.
s. leniter
ebulliendo.

2) 24 Rad. prim. alb.
vincetox. ana 3 β.

Herb. galeg.
bellid. ana M β.

Incis. infund. in aq. fery.
fumatur calide.

4. Diureticæ.

1) 24 Rad. petroselin.
apii
ononid.
caryophyllat. an.
3 iii.

herb. chærefol.
capill. ven.
virg. aur.
petroselin. ana M β.

flor. bellid.
violar. ana Pii.
cort. cappar.
tamarisc. ana 3 ii.
bacc. alkekefig. no. viii.
sal. tart.

genist. ana 3 ii.
Incis. infund. in vin. alb. l.
a. Dof. 3 iv. c. succ. raphan. 3 ii. ter per diem
repetenda.

2) 24 Rad. helen.

Rad. cichor.

vincetox.
bryon. ana 3 β.

herb. nasturt.
lign. cervin.
scabios. ana M β.

summit. cent. min.
bellid. ana Pij.

cort. aur. 3 iii.

ciner. genist.

juniper. ana M j.

Incis. infund. l. a. in aq. fery.
& vin. alb. Dof. 3 iv.
ter per diem.

3) 24 Ciner. bryon.

stipit. fabar.

absinth.

ebul.

juniper.

genist. ana M j.

Adfund. vini. vel potus ordinarii. mens. v.

5. Emmenagogæ.

1) 24 Rad. ari.

pimp. alb.

irid. Florent.

rub. tinctor.

caryophyllat. ana

3 β.

Herb. meliss.

artemis. rubr.

puleg.

rorifmar.

marrub. alb. ana

M β.

Flor. calend.

borrag.

bugloss. ana Pii.

Incis. contus. d. ad chart. S.
Species, de quibus co-
chlear

- chlear plenum aquæ ebul-
liendi immittendum, &
postquam satis fuerunt
extractæ, ad instar Thee-
bibendum.
- 2) 24 Rad. bryon.
caryophyllat. an.
3 j. β .
Herb. trifol. fibrin.
artemis.
card. bened. an. M β .
Flor. calendul. P. iv.
cent. min. P. iii.
fibr. ellebor. nigr.
fol. senn. f. st. ana
3 iii.
crem. tart. 3 j. β .
Incis. M. S. Species, cum di-
midia parte aquæ, &
vini coquendæ, an.
mens. semis quotidie.
Plures formulæ, petantur
ex infusis per epicrasin
laxantibus.
6. Pectorales.
- 1) 24 Herb. veron.
heder. terrestr.
tuifilag. ana M β .
Flor. bellid.
scabios.
violar. ana P. ii.
Incis. d. ad chart. S. Species,
instar Thee adhibendæ.
- 2) 24 Rad. polypod.
liquirit.
bryon. ana 3 β .
Herb. veronic. M iv.
betonic. M j.
- basilic.
thym. ana M.
Lign. fassafr. 3 j.
Cinnam. elect. 3 j.
Sem. anis.
foenic. ana 3 ii.
Concis. contus. S. ut supra.
- 3) Infusum Paracelsi corre-
ctum.
- 24 Rad. ari.
pimp. alb. ana 3 j.
Herb. pyrol.
fanicul.
beder. terr.
verron. ana M β .
Flor. cent. min.
bellid. ana Pii.
Incis. contul. usurpentur, ut
thee,
7. Adstringentes.
- 1) 24 Herb. heder. terr.
fanicul.
virg. aur. ana M j.
Summit. hyperic.
millefol. ana M β .
Incis. d. ad chart. usurpen-
tur, ut thee.
- 2) 24 Rad. symph. mai.
tormentill. ana 3 β .
Herb. veronic.
vinc. pvinc. ana M. β .
Flor. cent. min.
bellid. ana Pii.
cort. balauft. 3 ii.
Incis. cont. S. ut iupra.
8. Resolventes.
- 1) 24 Rad. pimp. alb.
menth.

- menth. crisp.
puleg.
serpill. ana M β .
Cort. citr.
aurant. ana 3 ii.
cinnamom.
cubeb. ana 3 j.
sem. foenic.
fal. tart. ana 3 iii.
Inc. infund. in vin. alb. q. s.
- 2) 24 Rad. caryophyllat.
bryon.
irid. Florent.
barban. mai. ana 3 β .
Herb. meliss.
hydrop.
origan.
rorismar. ana M β .
Cort. Winterah.
cinnam. ana 3 ii.
Sem. dauc.
cardamon. ana 3 j. β ,
sal. tart. 3 iii.
Inc. infund. in vino alb. q.
f. dos. 3 iv.
ter per diem.
- 3) 24 Rad. aristoloch. rot.
imperator.
carlin.
distamn. alb. ana 3 β .
Herb. scord.
chærefol.
hepatic. nob.
capill. ven. ana M β .
flor. lavendul.
scabios. ana P. ii.
sem. anis. 3 iii.
rasur. lign. sassafra.
3 β .
passifl. min. 3 j. β .
- hord. excortic. 3 iii.
Inc. cont. infund. in aq. ferv.
q. f. leniter bulliant,
bibantur quotidie bis
3 vj. ad resolvendum,
& expeditorationem pro-
movendam.
- 4) 24 Rad. tarax.
cichor.
gramin.
tussilag. ana 3 iii.
Herb. adianth. alb.
epithym.
cuscut.
acetos. ana M β .
Fol. rosar. rubr.
cheir.
anagall. punic. an.
P. ij.
Cort. citr. 3 ii.
tart. solub. 3 iii.
Inc. infund. aq. ferv. q. f.
Dof. 3 v.
ter per diem.
- 5) 24 Rad. gent. rubr.
curcum.
galang.
zedoar. ana 3 β .
Herb. chærefol.
geran.
agrimon.
beccabung. ana
M β .
Flor. stœchad. Arab.
galeops. ana P. ii.
Cort. aurant.
Crystall. tar. ana 3 iii.
- 6) 24 Rad. levistic.
petasit.
enul.

enul. aua	$\exists \beta.$	bugloss.
Herb. pulmon.	maculos.	anagall. panic. ana
cent. min.		P ii.
fumar.	ana M $\beta.$	Cort. cascarill.
Flor. anth.	P iii.	Winteran. ana \exists iii.
Cort. cinnam.	\exists ii.	Incif. infund. l. a.
Inc. infund.	in aq. f. ferv. &	
	aq. vin. alb. l. a.	
<i>g. Roborantes, tonice, nervine.</i>		
1) 24	Rad. caryophyllat.	3) 24 Rad. cyper. rotund.
	rub. tinctor.	coft. veri
	gent. rubr.	zedoar.
	ari, ana $\exists \beta.$	bistort. ana $\exists \beta.$
Herb. scolopendr.		Herb. serpill.
	agrimon.	puleg.
	card. bened.	thym.
	epithym. ana M. $\beta.$	betonic. ana M $\beta.$
Flor. spic.		Flor. anth.
	schoenanth.	rosar.
	borrag. ana P. ii.	tunic. ana P il.
Cort. aurant.		Lign. aloes \exists iii.
	citt. ana \exists ii.	Sem. foenic. anis. ana \exists ii.
Inc. infund.	in f. q. vin. alb.	Inc. infund. l. a.
Dos. \exists iv. vj.		
1) 24	Rad. galang.	4) 24 Rad. pimp. alb.
	fragar.	tormentill.
	valerian.	chelidon. mai. ana
	helen. ana $\exists \beta.$	$\exists \beta.$
Herb. abrotan.		Herb. cent. min.
	scord.	rorismar.
	meliss.	fanicul.
	verben. ana M $\beta.$	virg. aur. ana M $\beta.$
flol. calend.		Folor. cyan.
		lil. convall.
		calcatripp. ana P ii.
		Cort. aurant. $\exists \beta.$
		Sem. carv. \exists ii.
		Inc. infund. l. a.

T A B U L A X I V.

D E D E C O C T I S.

I. DEFINITIO.

Decoctum, est medicamentum, ex variis speciebus, mediante menstruo adproprio, per convenientem coctionem paratum. Dicitur græce ἀπόζημα, ἀφέψημα, ἀφεψάω decoquo.

II. DIFFERENTIA.

1. Decocta, ab infusis, non tantum coctione, sed & materiis aliquo modo differunt. Ad *infusa* enim eliguntur tales species, quæ minus sunt compactæ; atque hinc virtutem suam medicamentosam cum liquore facilius communicare possunt. Ad *decocta* autem spectant, quæ materia magis compactæ sunt, & coctione indigent, e. g. ligna, radices compactiores.
2. De *decoctis per infusionem*, seu *infusis calidis*, præcedente tabula jam diximus.
3. Ad decocta etiam referri possunt *gelatinæ*, item *injectione*, nempe *clysteres*, & *gargarismata*. Quoniam autem de *injectionibus tab. chirurg.* Lxxiv. jam dictum, & de *gelatinis* nihil peculiariter notandum est, hoc loco formulas tantum gelatinarum, & *injectionum* addemus.
4. Non minus ad decocta pertinent antiquæ illæ formulæ, quando ex aq. & melle per coctionem parant medicamentum, *hydromel* dictum, vel quando mel cum aceto coquunt, & sic remedium, quod *oximel* dicitur, parant. Talia *oximillita* & *hydometica*, in pharmacopœis varia prostant.

III. MATERIA.

1. *Decoctorum* materiæ, quam parum ab ingredientibus *infusorum* differant, elucefecit ex iis, quæ sub *differencia* num. 1. dicta sunt.

Hinc superfluum judicamus, ea, quæ præcedenti tab. hac de re diximus, hic repetere.

2. Locò *menstrui aquosi*, quod usitatissimum est, alia interdum usurpantur, e. g. *cerevisia*, *serum lactis*, *jussulum gallinaceum*.

3. *Gelatinae Pharmaceuticae*, parantur ordinarie ex C.C. in libero ære, vel clibano tepide siccato, & postea raso. Ustum autem C. C. & alia sicca terrea, e. g. oc. cancer. corallia, martialia, nisi quidem menstruum salinum adhibeatur, absurdē præscribuntur. *Culinariæ gelatinæ*, e variis carnibus, it. ex ossibus, ut satis constat, parantur.
4. Sic etiam *spiritosa*, *volatile*, & alia, quæ sub decoctione enervantur, ad hanc formulam non adhiberi, vel ad minimum igne lenissimo tractari debent, e. g. herbæ antiscorbut. sal volatile. essentiæ, vinum, nisi in vase clauso coctio fiat.
5. Neque convenient decoctis *oleosa*, *pirguia*, *resinosa*, *gummatoſa*.
6. *Mineralis regni subjecta*, merito etiam excluduntur, ut ex *animali regno* nonnulla tantum, eaque rarius, ad decocta recipiuntur.
7. Pro grato *sapore*, facta decoctione interdum modice adduntur syrapi acidi, spiritus acidi, vel aromata.

IV. ORDO, ET DOSIS.

1. Quæ tab. præced. de *infusis* hac de re dicta sunt, *huc referantur*. Non semper autem necessarium est, ut singulæ species, ibidem notatæ, ad formulam decocti, vel infusi sumantur.
2. Nimia quantitate decocta, præscribere non convenient, ne corruptionem incurant. Sufficit una, vel altera mensura, quæ in locum frigidum collocanda est.
3. Unciae duæ specierum, exposcunt ordinarie menstrui M j.
4. Reliqua, ex ipsis formulis patescunt.

V. USUS.

1. Usus decoctorum, convenient in genere cum infusis. Quoniam enim efficaciter ad humores penetrant, eoique diluunt, in multis adfectibus laudabilem effectum præstant. Hinc in praxi medica commendari merentur.
2. Ordinantur autem decocta:
 - 1) Modo pro scopo *purgante*, ac tum quidem rabarbarum, folia sennæ, polypodium, quernum, bryonia, & nonnulla salia recipiuntur, & cum speciebus resolventibus, nonnullisque roborantibus combinantur.

- 2) Modo pro effectu *diaphoretico*, *mundificante*, *resolvente*, *abstergente*, *temperante*, &c.
3. De usu decoctorum illorum, quæ extrinsecus adpli-
cantur, & injiciuntur, legatur *tab. chirurgica de in-
jectionibus*.

VI. OBSERVATIONES.

1. *Gradus coctionis* differunt:
 - 1) Modo enim species cum liquore tantum ebullire debent; & tum sufficit, liquorem in tanta quantitate sumere, quanta ad paranda infusa sumitur.
 - 2) Modo coctio tamdiu continuatur, ut dimidia, ter-
tia, vel minor portio remaneat; quo casu liquor proportione debet angeri.
 2. Cavendum est, ne decocta ingratum *saporem* nanci-
scantur; & quando *turbulenta* sunt, clarificari debent,
per albumen ovi, nisi quidem repetita transcolatio
sufficiat.
 3. Quo *compactiores* sunt species, eo diutius coctio est
continuanda. Hinc in decoctis, primum radices co-
quuntur, postea adduntur herbae, & denique flores,
aromata, & *liquiritia*. Hæc enim, si sub initium cum
reliquis coquitur, decocto amaritatem, utut dulcis sit,
conciliat.
 4. *Menstruum*, extrahendis particulis debet esse propor-
tionatum. Hinc in decoctis resinosa frustra præscri-
buntur, quanto menstruum aquosum sumitur.
 5. *Portio liquoris*, quoniam adeo præcise non potest de-
terminari, arbitrio pharmacopœi vulgo relinquitur.
 6. Quando *digestione*, vel *maceratione* opus habent spe-
cies, digerantur prius, & formulæ subjungatur: in-
fund. in aq. s. q. s. digerantur per noctem, & mane
coquantur.
 7. Fiat etiam mentio *vasis*, videlicet num coctio fieri
debeat in *vale aperto*, an in *clauso*, an in *diploma-
te seu lagena*, an in *cucurbita*, *cæco alembico* muni-
ta, an vero in *balneo mariae*.
 8. Adjiciatur quoque formulæ *tempus*, quam diu coqui
debeant species; item, num ad *consumptionem* dimi-
dia, tertia, vel quartæ partis continuanda sit.
 9. Præterea *colatura* quoque mentio fiat, num scilicet
simpliciter, vel cum expressione peragi debeat.
 10. Species *incisæ*, & *contulæ* præscribuntur, vel ad char-
tam,

tam, vel in officinis, facculo, ex sindone rubra confecto, includuntur. Priore casu, formulæ subjicitur: incis. contus. gr. mod. d. ad chartam; posteriore autem; includantur facculo, ex sindone rubra.

VII. FORMULÆ.

I. Laxantes.

1) $\frac{1}{4}$ Decoct. prunor.
citri, ana 3*iii*.
fol. senn. f. fl. 3*ii*.
rhabarb. eleæ. 3*j*.
crem. tart. 3*ii*.
M. stent. per noctem, mane leniter bulliant in vase clauso. Colat. add. mann. calabrin. 3*j*. Coletur de novo, & calide bibatur.

2) $\frac{1}{4}$ Decost. scorzoner.
3*iv*. in quibus dissolv.
mann. elect. 3*j*.
Colat. add. diacyd. luc.
jalap. 3*j*.
aq. cinnam. 3*ii*.
liq. terr. foliat. tart. 3*B*.
M.

3) $\frac{1}{4}$ Decoct. tamarind.
3*v*. in quibus solv. mann.
calabr. 3*j*. syrup. de pom. laxant. 3*ii*.
M.

4) $\frac{1}{4}$ Rad. cichor.
tarax. ana 3*B*.
herb. bellid. min. M*j*.
tamarind. 3*iii*.
Coq. in f. q. aq. f. ad remanent. lib. col. Dos.
3*viii*.

5) $\frac{1}{4}$ Decoct. passul.
tamarind. ana 3*iii*.
col. infund. fol. senn. 3*ii*.
rhab. elect. 3*j*.
tart. tartarisat. 3*B*.
Leniter bulliant, & calide bibantur, pro dosi.

6) Decoctum Epiphan. Ferdinand. antibydropisum.

$\frac{1}{4}$ Rad. cucum. asinini.
ireos,
herb. soldanell.
cort. med. sambuc. ana 3*iii*.

Inc. cont. inf. per noctem,
& diem in vin. alb. lib. vj.
ebulliant in vase
clauso, ad consum-
ptionem I

Dein add. sem. cumin.
aneth. ana 3*j*.
 $\frac{1}{4}$

Cort. citr. 3*j*.
Gumm. sagapen.
4. Exempla, & Utus: Fusio Typorum per Sulphur citrinum, fit, si hoc in vasculo eliquatum affundatur Movetæ, aut cuicunque Archetypo, ex Materia duriore, & lævi facto. Idem procedit cum Cera, ps. duriore redditum cum Colophonia, Pice, Mastiche.
5. Attenuatur etiam hac Fusione Aggregatum, ut per minima moveatur, adeoque aliquid per minima eidem immisceri queat, ut in Coloratione Cerarum; Unione Sulphuris, & Mercurii pro Cinnabari; Liquatione Salium pro Corrosioribus, aut Separationibus.
6. Plumbum, liquatum redigitur hoc modo in minutias, ut tum subtiliori æquationi ponderis docimastici promptius adhiberi possit, tum etiam fabuli vicem in cleydris subire possit.
7. Vitriolum crudum, Phialæ, aut Cetæ lati fundi impositum, balneo ferventi committitur; ita colliquecit in Liquamen, quod continuato calore, ejam essentialem alterationem, nempe Compositionis Dissolucionem, patitur.

SECTIO I.

MEMBRINI.

ARTIGULUS II.

De Solutione Deliquatoria.

1. Fit hæc simpliciter per Fluidum proportionatum Aggregato e corporibus deliquabilibus additum . Tale , maxime est Aqua.
2. Solvuntur ita Salina Aggregata , Vitriolum , Alumen , Nitrum , Sal alcali fix. & volatilia ; Tartarus vini ; Tartarus vitriolatus .
3. Facillime deliquescit hoc modo Sal communis ; inde Vitriolum , Alumen , Nitrum , Sal ammoniacum ; præ his omnibus Sal alcali fixum .
4. Difficilius Tartarus vitriolatus , Arcanum duplicitum , Nitrum antimoniatum , & sulphuratum .
5. Difficillime omnium Tartarus crudus .
6. Exempla , & Usus: Usus in omnibus ejusmodi Salibus , est maxime pro ipsorum Depuratione , si paleis , arena , pulvere inquinata sint .
7. Tartarus vini , cum communissime Limositate pulverulenta squalleat , depuratur ab eadem ipso hoc modo , unde Crystalli tartari .
- Tartar. qu. pl. in Aquæ bona quantitate , intense bulliendo , solvitur ; decoctum fervidum colatur per linteum aut manicam laneam refrigescens exhibet crystallulos , a quibus subtilior limosa portio abluitur , & reliquum usui servatur .
8. Quo diutius bullit , aut ipsæ Crystalli saepius ita bulliendo solvuntur , eo fiunt & majores , & duriores : Unde , si illud , quod in frigido decocto adhuc solutum restitat , evaporatione Humoris ad quartas seorsim crystallisatur , fiunt inde Crystalli majores , & duriores .
9. Cremor tartari colligitur , si liquamen a bullitione cassans , ab allabente aura frigida in superficie stringatur , unde statim in cuticulam concrescit , quæ , si

- cochleari auferatur, exsiccata teratur, album pulverem exhibet, tanto candidiorem, si a semel jam crystallato Tartaro fiat.
10. Vitriolum, Alumen, Nitrum, educuntur hoc eodem modo è Mineris, & terra per aquam affusam, non secus, ac Lixivium, quod est solutio Salis alcali fixi, e cineribus Lignorum duriorum, aut Tartari, repetita infusione, aut Decoctione facta, quæ, si evaporetur Humiditas, Sal illud alcali fixum, aut Sal tartari relinquunt. Quemadmodum ante nominatæ Solutiones Vitriolum, Alumen, Nitrum ita præbent.
11. Subtiliorem humiditatem ex ipso aere imbibunt eadem Salia alcalia fixa, unde p. d. diffluunt; Unde,
- Ol. tart. p. d. ex Tart. ad cinereum colorem calcinato, & deinde super marmorea, aut vitrea tabula in cellam deposito,
12. Eodem modo diffuit etiam Butyrum Antimonii, si in cellam reponatur.
13. Ipsum sal comm. fusum, super lignea tabula in cellam positum, mox ita liqueficit.
14. Mercur, sublimat, quoque super ferrea lamina p. d. diffuit,
15. Subjacent haic eidem deliquescentiæ Spiritus acidi, cum diversis terris in coagulum redacti, ut Spiritus vitrioli cum Sulphure, Auripigmento; Spiritus nitri cum Creta, Cupro, Ferro; Spiritus salis cum Calce, viya, Marte, Regulo antimonii, Stanno, Acetum cum sale tartari.
16. In genere, ad solutionem p. d. facit Aer limpidissimus, & serenissimus.
17. Repetita Solutione p. d. & Coagulatione, valde attenuantur subjecta salina ita tractata.

S E C T I O I .

M E M B R I I .

ARTICULUS III.

De Extraccionē Eliquatoria.

1. Habet hæc locum in omnibus confusaneis Aggregatis, in quibus variis generis corpuscula non connexa, sed tantum juxta se invicem posita (non continua sed contigua) occurunt.
2. Hujusmodi sunt, præter Mineras, & Terras ante dictas, Vitrioli, Aluminis, & Nitri feraces, & Cineres varios, Vegetabilium maxime Partes.
3. Ex his eliquantur.
 - (1) Salino mucido-resinosa Substantia.
 - (2) Resinosa tenuior pinguis portio,
4. Primi generis sunt Extracta officinalia vulgaria: Absinthii, Agrimonie, Artemis. CB. Cent. min. & sim.
5. Secundi generis sunt Resin. Jalapp.; Scammon.; Lign. Guaj. & sim. Extracta; item liquida, quæ vulgo Essentias appellamus.
6. Extractum Absinthii,
7. Absinthii fasces aliquot, ad ℥ iiij., aut virentis commæ, comminuantur, coqu. in aqua. q. s. in diplomaticæ, Expressione facta, & subsidentia evaporetur Decoctum ad consistentiam.
8. Essentia Jalappæ,
9. Rad. Jalapp. pulv. ℥. g. Spiritus vini rectificatissimi ℥. ij. stent in infuso in loco leniter tepido, agitando saepius per dies duos, aut plures; tingitur Spiritus flavo colore, ab imbibita eliquata Resina Jalappæ, qui decantetur.
8. Resina Jalappæ, fit ex hac Essentia, si leni sublimatione

- tione Spiritus abstrahatur ad 14. remanentiam, & illud residuum in aquam frigidam effundatur; ita ad fundum colligitur albicans primo magma, quod tamen mox in Resinam coit.
9. Hac ipsa ratione fiunt variæ Essentiæ, tam simplæ, quam compositæ, ex Herbarum variis partibus, resinosa substantia turgentibus.
 10. Mineralium, & Animalium Partes, cum hujusmodi solubilem substantiam non contineant, nihil largiuntur, sed expectant stricte dictorum Solventium salinorum energiam.
 11. E Minerali Regno, solum est Succinum, quod ejus modi Solutionem extractoriam promptius suscipit.
 12. Usitatores hujusmodi Essentiæ, sunt, & quidem (1) Simplices. Absinth. Artemis. Benz. Beton. Card. Castor. Chamæd. Chämæpty. Cort. Aur. Guajac. Hyperic. Imperat. Lign. Aloes, Millefol. Mumiae, Myrræ, Pini, Sabin. Sassafr. Scord. Succin. Zedoar.
 13. Eadem ratione solvuntur, & extrahuntur Partes resinæ e Gummi-Resinis, & rursus dissolvuntur ipsæ Resinæ; unde Solutiones, Essentiæ, & Tincturæ Camph. Gummi-Lacc. Sanguinis Drac. Tacamach. Carann. Mastich. Scammon. Styrac. Ladan. Galban. Elem. Thur. & sim.
 14. (2) Compositæ: Elixir Propr. Parac. Stomachic., uterinum Croll. & sim.
Eff. Ambr. Lignor. Compos. Pectoral. Traumat. & sim.
Tinct. Bezoard. MICH. WEDEL., Theriac.
 15. Omnia hæc, & singula fiunt
(1) Ex Herbarum s. Vegetabilium Partibus, Sapore, & odore insigni præditis, simulque consistentiam resinam exhibentibus.
(2) Affusione Spiritus ardantis rectifica tissimi, & nido suo, si quem habet, privati, &
(3) Leni Digestione cum frequenti agitatione.
 16. Non nocet, ut sedimento suo superstet ipsa facta jam Extractio; potest tamen & defundi, & seorsim assertari.
 17. De proportione Spiritus ad Materiam extractioni exhibendam, nihil stati determinari potest, cum tales partes vegetabilium valde varient, pro maturitate,

- te, loco natali, & propriæ suæ substantiæ differentia.
18. Herbis pulverisatis, affunditur commode tantum Spiritus, ut paulatim superemineat; post lentam digestio-
nenē exprimitur.
 19. Gummi-Resinis, affunditur ad supereminētiam nota-
bilem; effunditur tincta portio, & novus affusus ad
extrahendum relinquitur.
 20. Si in copia parare libet, fit Extractio cum tanta
Quantitate Spiritus, ita, ut prima vice paululum su-
peremineat, secunda pariter, imo & tertia, omnes
Extractiones junctæ abstrahuntur in Balneo leniter ca-
lido, ita transcendit Spiritus ardoris portio, quanta
placet, relicto reliquo spissiore.
 21. Si scrupulose hoc exequi placet, abstrahatur omnis
Spiritus, ut extractum in vase remaneat siccum.
Huic affundatur denuo de fortiori prima parte, Spi-
ritus modo abstracti parva portio, agitetur saepius, &
Balneo tepido impositum, solvat quantum potest, ef-
fundatur: Residuum denuo affuso paucō Spiritu, tra-
ctetur eodem modo, donec universum solutum sit.
 22. Interim ad Medicum Usum non nocet, si maxime
paulo plus Spiritus una maneat, aut addatur, quem
plane exacta proportio solutionis efflagitat.
 23. Juvat ultimo loco hic addere, quod, ratione Oleo-
sæ suæ substantiæ, ipsa etiam Semina, & Nuclei,
quibus alba pinguis est medulla, resinosaſ substantias
solvant, & in Liquorem Aqueum invehant.
 24. Sunt vero talia: Amygdalæ; Pineæ, Nuces,
Nuclei Persicorum, Semen Citri, Aurant.; Card.
 25. Materiæ, quæ ita solvi possunt, sunt Resinæ purgan-
tes Camphora.

SECTIO I.

MEMBRUM II.

De Mollibus.

1. Mollia, subjecta Chemica, vel continent insignem quantitatem actualis fluidi, vel, ex speciali connexione particularum laxiore, flexilem substantiam tencem constitunnt.
2. Prioris generis, sunt Succulenta quælibet Concreta, sive succus ille magisque aqueus existat, sive pinguis oleosus, seu specialissime in Amalgamatione sit Mercurius vivus.
3. Aqueo-Salino succo prædominantem gaudent omnia Vegetabilia viridia, & pleræque ipsorum Partes, præcipue vero plurimi Fructus Ciborum,
4. Oleoso-pingui instructi sunt certi tales Fructus, & Nuclei, atque Semina quædam, ut Olivæ, Nuclei Persicorum, Nuces, Amygdalæ, Pineæ, & sim. tum & omnia Semina, alba medullari substantia prædita, ut Cucurbitæ, Cucumeris, Citrulli, Lini, Melorum, Raparum, Sesamini, & sim.
5. Operatio simplex, qua separantur fluidiores partes tales, est vel Expressio, qua succus contentus servatur; vel Aquarum Exsiccatio, qua perit succus liquidus.
6. In Oleorum tamen Expressione, notandum est, quod Exsiccatio Aquositatis penitior præcedere debeat, circa quam Oleum non procedit.
7. Aqueo-Salinorum succorum Expressioni, præmittenda est Contusio penitior, aut Concilio subtilior.
8. Quamdiu etiam in Seminibus duris, & Nucleis humiditas Oleositati adhuc intertexta est, potest illa idem tidem educi per simplicis Extractionis modum, lactea facie, quod Emulsionem vocamus; Excorticati scil. Nuclei, aut cum tenerioribus etiam Corticibus, contunduntur in Mortario ad tenuitatem, quanta possibilis; assunditur pauxillum Aquæ, quæ perpetua agitatione

tatione pistilli , tamquam in pultem , conteritur . Af- fusa copiosior Aqua , lactescit , exprimitur ; Residuum denuo cum recenti aqua ita teritur , donec nullam amplius eximiam spissam albedinem elargiatur .

9. Mercurium Metallorum admixtione adulteratum , se- parare indi licet per eamdem Expressionem . Institur vero per linteamen , bombace intertextum , vel per corium . Adulteratio hæc , fit cum Plumbo , ita , ut visibiliter etiam in volutione tenacitatem quamdam præferat , nec adeo active , ut solet , in globulosos abeat ; item , si Aqua fortis superinfundatur , turbescit solvendo , quia quicquid solvit Mèrcurii , illud a Plumbo statim præcipitat .
10. Fluida cætera , a Solidis rebus repargantur , & seque- strantur Transcolatione , vel per textum lineum , aut laneum , aut filtraceum , & quidem facculi forma , quod Manicam Hippocratis vocant : vel per charta- ceum , e bibula charta formatum , quod subtilioribus pulverulentis inservit .
11. Eadem subtiliora , imo subtilissima , separantur e flu-idis , Clarificatione per Albumen Ovi , aut in subacidis per Ichthiocollam .
12. Mollia tenacia , sunt v. gr. Agaric. Pulv. Coloc. & sim. Hæc , pellum iustar , lenta resistunt Pulverisatio- ni . Imbibuntur solutione Tragacanthæ , & exsiccan- tur ; & sic satis fragilia , & friabilia evadunt .
13. Succulenta quoque mollia , comminuuntur commode Rasione .
14. Mediocriter lenta , ut Partes quædam Animalium , Corpus Viperarum , Serpentum , Bufones , Lacertæ , Lumbrici , & sim. tundendo non pulverisabilia , tritu comminuuntur .

S E C T I O I
M E M B R U M I I I .

De Friabilibus.

1. Solida , sicut & sicca Aggregata , comminuuntur , partim Contusione in Mortario , partim Trituratione .
2. Ad Contusionem facit exacta Siccitas ; semper tamen moderata vi tundere præstat , quam nimia , cum in multis corporibus , præcipue e Vegetabilium genere , Gummatis , Resinosis & Sulphureis Mineralibus , ipsa Fusione , nova compactio eriatur .
3. Tritura , vel siccorum est , vel , addito liquore continentorum , ne pulvere tenus dispergantur .
4. Quæ cum Liquore triturari debent , oportet talia esse , quæ nihil a Liquore illo alterentur ; Terrea autem Mineralia , nihil Salina , cum Aqua triturantur super Porphyritem .
5. Vel quæ ab addito Liquore magis densantur , ut Maxillæ Lucii pisces ab Aceto .
6. Ad Concharum triturationem , item Coralliorum , supervacuus est usus Aceti .
7. Aquæ Rosarum additio , ad rem nihil valet .
8. Subjacent huic friabili comminutioni tenuiori Terrea sicca quælibet , & in quibus hæc substantia ullo modo prædominatur , omnes Partes Vegetabilium duriores , omnia Mineralia sicca , & solida , ductilibus exceptis .
9. Ductilia nimirum pertinent ad Mollia , sed non tam pharmaceuticæ , quam Chemicæ utilitatis sunt .
10. Comminuuntur Limitione , Malleatione , sive Laminatione , Granulatione ; Aliqua tamen , & Calcinatione Gineratoria .
11. Limam patiuntur omnia Metalla , præter Mercurium .
12. In Laminas commode ducuntur Aurum , Argentum , Plumbum , Æs , Cuprum , Stannum .
13. Granulantur Stannum , Plumbum , Aurum , Argentum , Æs , Cuprum . Prima duo , tenuissime ; tria posteriora grossius , usui chemico .

14. Calces Cinerarias præbent Æs, Cuprum, Ferrum; Plumbum, Stannum. Encheirisis nulla singularis.
13. Adjicimus Pulverum e rebus friabilibus, Aquam non imbibentium, tenuiori sequestrationi a grossioribus adhuc portionibus Cribrationem, & Elutriationem.
16. In Cribratione nullā difficultas, nisi quod subtilissimi Pulveris Secretioni a subtili v. gr. Pilalæ rei paulo gravioris addantur ad vibrationem concussionis promovendæ.
17. Elutriatio, fit per Humorem Aqueum cum Concusione, sive Agitatione, ubi tenuiores Partes, diutius in suspensio manentes, subsidentibus grossioribus, effunduntur cum Liquore, & longiore mora ad fundum lapſæ, effuso liquore, exſiccantur.
18. Uſum habet, non modo in tenuiorum a grossioribus secretionē ſed maxime leviorum a gravioribus in Chemia Metallurgica.
19. Communissimo uſu appellantur in Pharmacoliis trita Terra of. eminenti significatione Preparata; Quæ ſpectari poſſunt in Taxis Pharmaceuticis, ſub Titulis Pulveris, & Præparatorum, ne hic nimis prolixii ſimus.
20. Postremo loco, licet quadantenus alterius capitis ſubjicio Commiſſiōne Nitri, in copia Pyroboſi artificibus ſolemnam, ubi nimirum ingentem quantitatem Nitri, pauca Aqua fervida diſſolutam, leni calore iterum evaporata Aqua, ſub perpetua agitatione, velut in farinam redigunt.
21. Triturationis peragendæ Instrumentum, eſt Lapis planus durior, & fatis laevis: Marmor, Porphyrites, Achates, imo etiam ſemi-Silicei communiiores; Mortaria etiam, ex hujusmodi Lapidibus, & ita dicto Serpentino, imo ex Vitro ipſo. Quæ, ſi capaciora, & piftillo ſimplici, per Rotas verſatili, inſtructa ſint, Molæ Philosophicæ nomine hodie inſignita, commodiōri operationi inſerviunt.
22. Ad contundendas res duriores, Ferrea Mortaria conſerunt; orichalcea enim facile aliquid detrimenti patiuntur, & rei intus comminutæ affrictant. Acida Terra, Salina, in Vitreis, Mercurialia etiam in Lapi-deis, tunduntur, & teruntur.
23. Exempla, & Uſus: Contusionis & que, atque ſimpli-cis Trituræ, nulla eſt difficultas.

24. Usus utriusque, est in variis solidis, tam Vegetabilis, & Animalis, quam Mineralis, Regni.
25. Exemplaria, habentur in Taxis Pharmaceuticis, sub titulis Præparatorum, & Pulverum, quo brevitatis gratia remittimus.
26. Altius quoddam tribuere Tritui videtur Lancælottus, in Epistola ad N. C. ubi, tam de Auri diurno tritu, quam de Reguli Antimonii trituratione, in ordine ad Mercurificationem, multa pollicetur: Quæ, longinquæ Operationis, licet de cœtero parvi artifici, sint, commodæ Experienciarum commendanda: Et illud maxime Criterim, an Aurum ita trituratum aliquid specialis usus præbeat? & An Mercurificatio Reguli Antimonii in specie tritus hoc promoveatur? Adhuc forte minus demonstrabile fuerit, an alteratio a pure mechanica ratione Motus trituratorii pendeat: An a physica potius Aeris concurrentis, & aliquid materialiter contribuentis efficacia.
27. Specialissime ad Vitri, Arenæ, Silicum comminutio- nem conferunt Ignitio, & restinctio in Aqua.
28. In Trituratione, super minus duros Lapidés semper aliquid de Lapide miscetur cum materia trita duriuscula. Quod, licet noxam aliquam inferre, arte vero corrigi possit, hoc facere convenit.

SECTIO I.

MEMBRUM IV.

De Volatilibus.

1. Duplicia sunt hæc, ratione Consistentiæ: Humido-fluida, & Sicco-Solidescentia.
2. Duplicia quoque, ratione Impulsoris, sive Medii Motuum: Alia ab Igne, alia ab Aere cum Igne, aut Aere solo, ad Motum subeundum agilia.
3. Fluida, & Humido-fluida sunt
 - (1) Olea destillata aromatica, acria, subtilia.
 - (2) Spiritus Ardentis.
 - (3) Spirituosi halitus odoriferi, Salino-Sulphurei, florum, & herbarum.
 - (4) Aquea.
 - (5) Resinoso-Oleosa.
 - (6) Salino-Aquea.
 - (7) Mercurius vivus.
4. Sicca, & Solidescentia sunt
 - (1) Salia volatilia Acida, & Urinosa.
 - (2) Composita Salina, Salino-Metallica, ex duobus volatilibus.
 - (3) Sulphur, & cum eo mixta pariter volatilia Siccentia.
 - (4) Arsenicum, & Mineralia, Sulphure, & Arsenico mixta, imo ipsa Metalla, intimioribus talibus Mixtis inquinata.
5. Ex his, ab Igne maxime pelluntur Olea destillata, & crassiora, Mercurius vivus, Salino-Aquea, Acida spissiora, & Spiritus, & Olea Acida, & Butyrum Antimonii; compositi, & Salino-Metallica, Acetum, Mercurius sublimatus, Sulphur, Antimonium, Cinabaris, Arsenicum, Regulus Antimonii.
6. Ab Igne, & Aere eximie concurrentibus, Metalla, ut in Cupellatione, & in sublimatione Gebriana, licet ibi ratio aliqua intimior syncritica subsit.
7. Tam ab Igne, quam ab Aere, tepido & ipso, evolant Salia, & Olea volatilia, Spiritus ardentes, Spirituosi halitus odoriferi.

8. A solo etiam Aere; quantumcumque frigido, Spiritus Acidii Minerale vulgares, Principium, & substantia Sulphurea primigenia.
9. Salia, quæ ab Aere volatilisantur, volatilisantur tanto magis, & citius, concurrente calore.
10. Omnia volatilia pelluntur igne, cum pauci etiam Aeris concursu, eoque pure mechanico: exceptis iis, quæ maxime ratione principii volatilia sunt, in quibus Aer magis materialiter concurrit.
11. Universæ hæc, in præsenti nostra consideratione, quantum tenus ad Aggregationis solius dissolutionem facit ipsorum volatilitas, singillatim exsequemur.
12. Segregantur vero hæc volatilia, ex Aggregatione reliqua, sive congregatione confusanea. Igne, & Aere, per Exhalationem, & Evaporationem, Difflationem, Distillationem simplicem, & repetitam, sive Rectificationem, & Dephlegmationem, Sublimationem. Ita quidem, ut Sublimatio, & diffratio siccis Soli decenibus; reliqua, Fluido humidis maxime obtingat.



S E C T I O N E

M E M B R U M IV.

ARTICULUS I.

De Exhalatione, Evaporatione, & Difflatione.

1. Egent hæc Aere libero, & calore proportionato. Evaporatur ita omnis cuiuscunque generis Humiditas, Oleosa quoque tenuior, & ipsum Argentum vivum.
2. Exhalatio, celebratur in variis rebus exsiccandis, ut Partibus Vegetabilium minus Succulentis, & gradum auctiore, in ipso Vitriolo, & Solutionibus Salinis.
3. Evaporatio, in succulentioribus Partibus Vegetabilium, Succis eorumdem, Decoctis, Solutionibus Salinis, Amalgamatibus.
4. Diffatio, in Materia Regulina, Auro admixta.
5. Exsiccatio Vegetabilium, Odoratorum autem, sapore acriori præditorum, peragenda est, expandendo eadem super asperges, aut pannos, aut cribra, & in loco umbroso, Aeri libero, præcipue Orientalibus ventis concurrentibus, exponendo, versando, pro re nata, semel, aut bis in die.
6. Vitriolum, calore hypocausti calefacti, prope fornacem positum, exsiccetur, ut in album Pulverem abeat, præcipue aliquoties solutum, & crystallisatum.
7. Idem fit, si Solis fervori exponatur: Unde Pulvis sympatheticus.
8. Solutiones Salium, evaporantur, aut exhalantur, pro Crystallisatione, aut Coagulatione.
9. Omnia Salia, etiam in Igne Volatilissima, si magno calore bulliente urgeantur, aliquid cum Vapore de pondere suo amittunt.
10. Evaporatio Mercurii vivi, fit in Deauratione; & Dealbatione, per Experimenta Mechanica, Igne proxime candente, sub dio, propter noxiū halitum.
11. In Succis, & Decoctis evaporandis, commode ad-

- hibentur vasa Stannea, panda, non profunda, & exponitur vas Aeris libero, praesertim levi vento concurrente.
12. Utique etiam aura, seu levis fatus, ad humiditatem cito divaporandam plurimum facit.
 13. Eodem etiam tendit agitatio, spatula lignea, aut cochleari peragenda, quæ etiam in Salium coagulatione maxime utilis est.
 14. Diffatio Reguli ab Auro per Antimonium fusum, peragitur commode in patella Vitrificatoria, leni flatu, si parum Regulinæ cum multo Auro hæreat; si contra, in vasculo altiore cucurbitiformi.



SECTIO I.

MEMBRI IV.

ARTICULUS II.

De Destillatione.

1. Destillatio, nihil aliud est, nisi Evaporatio in occluso.
2. Requirit sufficientem Quantitatem Aeris; adeoque & Spatii vacui, intra quod vapor expandere sese possit; deinde proportionatum Calorem.
3. Peragitur in Cetis, aut Retortis, in Agua calida fervida, Cineribus, Arena, Limatura Martis, cupella occlusu vacua, collocatis.
4. Subjacent ipsi omnia Fluida, & Humido-Fluida, supra (Membr. IV. §. 3. p. 335.) recensita.
5. Exempla præbent Oleum Terebinth,
6. Thereb. vulg. aut cypr. 15j. ponitur in Ceta Vitrea, aut Terrea bene Vitreata, aut Metallica, in Mariæ Balneos applicetur calor ad fervorem usque, transfilat Oleum tenuissimum, vulgo Spiritus Thereb.
7. Quando ex Balneo nihil amplius stillat, ponitur in Arenam; ita prodit Oleum paulo minus limpidum, denique flavum, imo rubellum; residuum calide adhuc effusum, massa est e flavo rubescens, vulgo Cophonia.
8. Quæ ipsa, si in Retorta ulterius urgeatur calore ex Arena, prodit Oleum spissum, empyreumatici odoris, acre, cum Aquositate acidula non pauca, cuius quidem nonnihil etiam sub ipsis primis destillationibus una prodit.
9. Eodem modo fit Oleum Thereb. si Aqua cum Thereb. misceatur, & ex Vesica fiat destillatio, ubi remanens spissa, dura, friabilis massa, dicitur Therebinthina cocta, coloris levissime flavescentis.
9. Olea destillata Aromatum, Oleum Cinnam. Caryoph. Piper. &c. eodem modo fiunt; vel in Retorta Vitrea, e balneo sicco Aromata destillando; vel, ad-

- dita Aqua Rosarum , aut Vino Malvatico , imo potius nostrate .
10. Non nocet , si non nihil Sal. comm. adjicitur , quando cum Aquis sit destillatio ; sed sic quidem nihil i specia- liter nocet .
 11. Olea destillata Plantarum , Seminum , Florum , Radicum Baltamicarum , fiunt :
Herbas , sive recentes , sive prius exsiccatas macerando per aliquot dies in Aqua simplici , adjecto uno , vel altero manipulo Sal. comm. tum ne fermentescat , tum ut mucida substantia melius mollescat .
 12. Maceratae ita cum insigni Quantitate Aquæ , e Vesica destillantur , bulliente , quantum potest , calore . Ita eliditur Oleosa tenuis substantia ex involucro mucido-resinoſæ substantiæ , quæ deinceps ab Aqua separatur , vel per infundibulum , vel per filtrum .
 13. Parantur ita Olea destillata , prout in Taxis Pharmaceuticis Catalogus talium existit , ex Seminibus , Radicibus , Floribus , Herbis , Lignis , Corticibus , Resinis liquidioribus .
 14. Ex spissioribus Resinis , & Gummis-Resinis , fiunt Olea empyreumatica , simul olientia , ut Oleum Gumm Anim. Elem. Mastich. Succin .
 15. Elegantiora , & minus nidorosa , & fuliginosa , sunt Olea e Resinis , si portio Resinosa per Vinum separatur , & hoc , leniter abstracto , denum destillatur .
 16. Eodem modo sub destillatione Spirituum e Siccis Concretis , Lignis , Saccharo , Tartaro , Cornu Cervi , Ebore , Fuligine , &c. prodit una Oleum tale Empyreumaticum , acre , foetidum , crassum .
 17. Specialem encheirisin poscunt Oleum comm. sive Olivarum , & Cera , quæ sub utraque destillatione ebulliant , (quod quidem & Therebinthina e Retorta de- stillanda facit) adeoque retinaculo aliquo opus habent .
 18. Additur itaque Ceræ Arena bene siccata , aut Cineres , quorum posteriorum additione etiam Olea empyreumatica spissa , Tartari , Cornu Cervi , & sim. clara transtillant .
 19. Oleum Olivarum , imbibitur laterum fragmentis , il- que impleta Retorta , igni nudo , per gradus augendo , imponitur ; ita transit Oleum empyreumatici odoris , cum Aquositate aliqua .

20. Hæc vero Olea, quæ nudo Igne ad excandescientiam usque residui destillantur, non nuda separatione prouideunt; sed alterationem aliquam simul patiuntur Mixtionis suæ: Unde hoc loco prolixiores esse de iis, non licet.
21. Spirituum ardantium partim Destillatio, partim nuda Rectificatio, est hujus loci: Præparatio vero, seu Generatio alterius.
22. Destillantur calore lenissimo, tum e Liquoribus claris fermentatis, Vino vitis, & Saccharini, atque Mulso, Cerevisiis generosiорibus; tum e turbidis, & fœculentis Magmatibus, Fœcibus vini, & Magmate farinaceo frugum.
23. Intensiore, e fœculentis talibus, ob muciditatem; leniore, e tenuibus.
24. Esculentis, per Vesicam; e tenuibus, per Cetam. In Vesica, Calor proxime fervens; in Cetis, longe minor, satisfacit.
25. E Vesica, Vaporis forma transiens, refrigerio condensandus est Spiritus; unde Capitellum Vesicæ ordinariū caret limbo: E Ceta, in guttas in ipso Alembico redit.
26. Ex ipsa etiam Ceta, satis intenso Calore, quantum ferre potest, ne juncturas, & lutamenta penetret, pellere convenit: si mitiori pellatur. Aquea effluvia una procedunt: Unde modo satis vegeto transtarrant. Si calor mitior applicetur, depravatur ille, & dephlegmaticus succedit.
27. Salino-volatiles Urinosi Spiritus, rectificantur hac eadem Methodo, dum v. g. Spiritus Cornu Cervi dilutior, vel etiam rubicundus Oleosus, e Cerula proportionata, Calore lenissimo impellitur: Unde primo quidem adscendit, & in Alembico accrescit Sal volatile album, quod a succendentibus Aquosis Vaporibus sensim colliquescens, Spiritum bene saturatum ita constituit, remanente in fundo liquamine turbido, cum supernatante Oleo fusco.
28. Eadem ratione rectificatur & Oleum Succini, quod simul, & semel per Retortam propulsum, ex bruno colore, fuscum, & spissum provenit.
29. Ex Ceta vero, in Balneo Mariæ destillatum exhibet

- 1) Oleum subtile, album, penetrantissimum: Augescente æstu.
 - 2) aliud flavum;
 - 3) remanent in vase fusco, & bruno spissiore.
30. Aquæ simpliciores, vel imbutæ sunt manifestis subtilibus partibus Salino-Sulphureis, gustui, & odori statim occurrentibus, revera tamen præsentibus, & aliis modis Sensibus tandem sese offerentibus corpusculis; vel denique puræ penitus, & limpidæ, omnis sensibilis heterogeneitatis expertes.
31. Primi generis sunt: Aqua Ros. fl. Acac. Lil. alb. convall. Menth. Puleg. &c.
32. Secundi generis sunt Aqua Absinth. Cardben. Cent. Min. 3. Fumar. Rorism. Tussilag. &c. quæ sensim, ut & prioris dicti generis, mucescunt, acescunt, putrefescunt.
33. Tertii generis sunt Ros densatus, Aqua pluvia, & nivalis, imo & fontana purior destillata.
34. Mucescunt maxime Aquæ e Vegetabilibus sapidis, a. insipidis, intensiore calore propulsæ, subalbidæ proinde, cum limpidæ hoc non faciant: Interim revera efficaciores sunt, quamdiu incorruptæ manent istæ puriores: durant vero, modo bene clausæ, & in locis frigidioribus aſſervatæ.
35. Glaciatio, & nimius Calor, jugiter ipsis nocent, & ad succedentem mucescētiam, atque acescentiam disponunt.
36. Destillatio, commode fit per Vesicam, a. Cetam stanneam, in Balneo Mariæ fervido, Alembico Vitreo, a., si Cupreus sit, bene Stannato; Stannei nihil præjudicii inferunt, quod Antiquiores timebant. Si Salino-Sapida sit Aqua talis, præstat Alembicus Vitreus.
37. Inter ea, quæ proxima post Aquas difficultate transſtillant, est Acetum: Vini hoc esse debet: frumentaria enim, ob spissitudinem mucidam, & spumidam, nihil præbent, quod operæ pretium fecerit, & facile aduruntur.
38. Destillatur insigni Quantitate e Vesica Cuprea, Stanno probe obducta, imposito Alembico Vitreo; aut e Retorta terrea bene vitreata, aut vitrea amplioris collī: Bulliens debet esse Calor.
39. Spiritus reliqui Acidū, destillantur e retortis terreis solidis,

lidis, aut vitreis quoque, maxime Spiritus Nitri, aut ex ipsis Cetis Spiritus Nitri, & Sal. comm. additis certis mediis.

40. Spiritus nempe ipsi : per se, vel e Ceta, ex Arena transtillari possunt: Antequam vero a suis corporibus, quibus adhaerent, liberentur, & Aqua sufficien-
ti, imbuantur, non modo graviore Ignis impetu, sed etiam patentiore exitu, indigent, ad quod utrumque Retortæ inserviunt.

41. Destillatur in Spiritus Vitrioli:

Vitr. comm. in Vase tefreo evaporatum, a. lente super fornacem tempore hyberno in pulverem collapsum, imponitur Retortæ firmæ terreæ, supponitur Ignis aptus, augendus ad incandescentiam vasis perpetuam, præponitur Recipiens capax, imposita aliqua quantitate Aquæ pluviaæ, puræ, aut destillataæ; Ita transit successive Spiritus in forma albi sumi, qui sensim, sensimque in Aquam imbibitur: Magma acidissimum format.

42. Potest & crudum Vitriolum imponi, sed incommoda habet, quod

- 1) Leniter pellere oporteat, cum servido calore imbustum recipiens vas rumpere possit, nisi fictile forte sit;
- 2) Ipsam Retortam communiter rumpat, cum vasa, quæ incandescentiam ferunt, aqueam humiditatem vix unquam ferant.
- 3) Jam siccescens Vitriolum ita colliquatum, in amplium spatum exturgescendo, fere ordinarie disruptum vasa continentia.

43. Quando jam potiores acidi Spiritus prodierunt, augendo ignem ad incandescentiam valde lucidam, prodit Oleum, nempe Liquor ex fusco nigricans, gravis, extremæ aciditatis, guttatum profluit,

44. Spiritus Sal. comm. proximæ gravitati est; Mobilissimus, ex his omnibus, est Spiritus Nitri.

45. Destillatur cum additione Boli s. limi, ex Retorta terrea, igne candente, præposita Aqua pura.

46. Si Retortam rumpi contingat, s. fissuras agere, vel nihil prodit in Recipientem, sed statim exhalat per rimas; vel valde alteratum, maxime volatile.

47. Additur Boli triplum, melius sextuplum, imo plus.

- Ratio est alterius loci. Non amplius inservit Bolus semel usurpatus ad idem negotium repetendum.
48. Spiritus Sal. comm. pariter prodit, nebulæ albæ instar; Si candente Retorta hæc non procedit, signum est, eam fissam esse.
49. Spiritus Nitri, sumi fusci, diaphani specie, transit.
50. Spiritus Aluminis, si capaci Retortæ inditum, Ignे urgeatur, dimittit aliquid Spiritus acidi. Ponenda itaque est Retorta, ne, exturgescens, quod facit, Alumen transcendant.
51. Collum Retortæ, in omnibus operationibus bene amplum esse, maxime utile est.
52. Faciliiori negotio transit Butyrum Antimonii & Mercurio sublimato, & Antimonio, quod ex Retorta vitrea, calore arenæ, procedit.
53. Aqua fortis, ex Vitriolo, & Nitro; & Spiritus Sal. comm. ex Alumine, & Sale communi, juxta Ludovicum, leviore negotio, candente tamen vase, procedunt.
54. Mercurius, calore proxime candente transtillat ex arena, per Retortam vitream. Präponitur pariter Aqua, & mergitur in eam collum Retortæ: Necessitatis tamen hoc ultimum non est.



S E C T I O N.

M E M B R I IV.

A R T I C U L U S III.

De Rectificatione, & Dephlegmatione.

1. Rectificatio, nihil aliud est, quam repetita Propulsio materiae volatilis, semel jam destillatae, aut sublimatae, ut portio volatilior tenuior a reliqua minus subtili, seorsim colligi possit.
2. Quando volatile mobilis primo ascendit, remanente segniore, dicitur Rectificatio, tam in humidis fluidis, quam siccis.
3. Quando minus nobile, s. utile procedit, dicitur Dephlegmatio, Evaporatio, &c.
4. Abstractio, est appellatio Separationis volatilioris a minus volatili, non æque confusis tantum, s. congregatis, sed quadantenus mutuo connexis, s. compositis.
5. Rectificantur Spiritus, ardentes, & salini volatiles acidi, & alcalici urinosi; Olea quoque destillata; Butyr. Antimonii, Oleum Vitrioli; & ex siccis Cinnabaris.
6. Deplegmantur Spiritus salini fixioris acidi: Vitrioli, Salis, Sulphuris, Nitri.
7. Est & Dephlegmatio per Frigus, dum Portio Phlegmatica, s. pure aqua, in glaciem coalescens, a reliqua spirituosa parte abscedit.

SECTIO I.

MEMBRIV.

ARTICULUS IV.

2. Sublimantur Volatilia sicca, tam Mixta : Sulphur Arsenicum, Salia volatilia; quam Composita : Mercurius sublimatus, corrosivus, & dulcis, Antimonium, Sal Armoniacum; quin Decomposita: ut cum Armoniaco Ferrum, Hæmatites, Regulus Antimonii.
2. Sublimationes, requirunt Calorem, Mobilitati materiæ proportionatum.
Lenissimum, & quidem manus fere tolerat, salia urinosa bene volatilia; Paulo proprius ad lenissimam incandescentiam Sulphur, & Fl. Benz. Proxime incandescentem Sulphur. Sal Armoniacum, Mercurius sublimatus; Actu candescentem Antimonium, Arsenicum.
3. Vasa requiruntur satis firma, & ad vitrescentiam disposita, aut actu vitrea: Omnes enim Materiæ volatiles, siccae, summe penetrativæ sunt.
4. Pelluntur ex Arena, vase ampliore, & altiore, Sulphur; ampliore minus alto, nec profundo, in arenam verso, sed arenæ tantum imposito, Sal Armoniacum.
5. Nudo igne, vase candente, opus habet Antimonium, in flore sublimandum. Sublimatur etiam nudis Carbonibus inspersum, ut & Mineræ, & Metalla, juxta Gebrum.
6. Quo altius quid ascendit fumi, s. vaporis pulverulentí forma, & Flores appellamus; eo altioribus vasis immittitur, a. pluribus invicem impositis. Aludel vocant Arabes.
7. In Sulphuris sublimatione, infimum receptaculum non eo usque incalescat, ut Flores eo collecti denuo fluant; neque etiam Hamma undecumque ad commissuras Aludel admittatur; secus incenditur vapor Sulphureus illas perreptans, & franguntur vasa.

8. Nuda Sublimatio, nihil aliud prodest, quam ut
 - 1) Tenuissimum pulverem, ex Sulphure, & Sale Armoniaco, imo etiam Antimonio, perficiat, si congrue instituatur:
 - 2) Volatilius a fixiore elevat, ut in Cinnabari, Mercurio sublimato, corrosivo, & dulci.
 9. Compositionis connexio, quæ sub ejusmodi actu una fit, potius antecedit Sublimationis momentum, quam ut sub eadem, aut ab eadem fieret.
-

S E C T I O I.

M E M B R U M V.

De Fluxilibus, & Fusione.

1. Colliquatio, quæ, sine Humiditatis additamento, caloris motu peragitur, Fusionis nomen habet.
2. Subjecta ipsis, sunt omnia Pinguia solidescentia, Vitrea, Salia.
3. E pinguibus, quæ in rigido consistunt, a Cera, Terebinthina, & similibus Resinis vegetabilibus, & mineralibus, s. Asphalto ad Sulphur minerale, seu Antimonium, ejusque Regulum.
4. Calor, sufficit mediocris, & longe infra candescen-tiam.
5. Vitra usualia, sunt Antimonii, Plumbi, curiose tincta, cum aliis Metallis, & commune.
6. Fluunt & mediocri æstu, ad flavedinem candente, s. flammante, Vitra Antimonii, & Plumbi; reliquo minus de Plumbo participant, tanto majorem vim Ignis requirunt.
7. Metalla, si cum vitris liquecant, cruda nempe, fluxum horum promovent.
8. Metalla funduntur duo, antequam actu candescant: Plumbum, & Stannum; duo autem, cum luculent-ter carent, Argentum, & Aurum; duo nonnisi summo Ignis æstu: Cuprum, & Ferrum.
9. Promovent omnium Metallorum Fusionem Vitrum, & Salia.

10. Salia, quæ Igne funduntur, sunt Sal comm. Nitrum, Sal Alcali fixum; mirab. Glaub.
11. Non fluunt per se, & sine additamento Tartarus Vitriolatus, Arcan. 2. pl. recte purum; cum Sale comm. vero, aut Sale alcalico fixo funduntur.
12. Coniunctim fluunt Salia pura simul sumpta, nisi quod Sulphur, cum Nitro mixtum, valde, & diu ebullit.
13. Sulphur quoque cum Salibus, fluit, Nitro excepto, quo cum incenditur: continuata tamen advectione fluit tunc quoque tandem, inverso tamen plane Nitro.
14. Sulphur, cum Metallis diversimode se habet: Fluit cum Cupro, cum Argento, & in vegeto æstu cum Plumbo, & Ferro.
15. Si vero cum Plumbo, & Ferro paulisper ustulatum fuerit, difficillime hæc inde fluunt, imo & Cuprum ita tractatum.
16. Sulphur cum Alcali fixo, dissolvit omnia Metalla, & fluit cum hoc per longum tempus, candendo intenissime; neque tamen exhalat in Igne, si Aeris liberum commercium absit.
17. In omni Fusione candente, tegere carbonibus candenbus Crucibulum convenit.
18. Aer, non modo impedit fluxum, si liberior frigidior accedat; sed aufert etiam non parum, si aliquid inflammabile subdit, aut volatile.
19. Recte fusa esse, & fluere dicitur materia, si l. ut Sulphur, l. ut Aqua, l. ut Oleum, l. ut Mel spissius, deliquescit.
20. Primo modo fluunt Sal comm. quod etiam diaphanum sit sub fluxu; Nitrum, quod semidiaphanum sit, & bullit; Sal alcali fixum, quod adiaphanum, Olei turbidi instar, fluit.
21. Mercurii vivi faciem, fluendo, referunt Metalla, Plumbum, Stannum, Argentum, Aurum, Cuprum, Regulus.
22. Mellis faciem liquidi, referunt Vitræ tenuiora; Spissi, aut Terebinthinæ, commune Vitrum.

S E C T I O I.

M E M B R U M V I.

De Solubilibus.

1. Solutio, quoad Materiam, quam distrahit, est & ipsa fere Aggregationis tantum diremptio; quoad Modum v. distrahendi, ad Compositionis classem spectat. Siquidem per modum Combinationis cum Soluto agit.
2. Fiant vero Solutiones per principum Salinum, s. purius illud existat, s. in aliqua Compositione habeat, quæ ulteriore ipsius activitatem non impedit.
3. Ita Instrumenta Solutionis sunt Salia Acida puriora, s. Spiritus Acidus; Salia alcalina, fixa præcipue, tum & alcalia; Salia mixta, Sal Armoniacum, Vitriolum, Solutiones Vitriolicæ transsumptivæ, & denique Sulphur.
4. Acida solvunt omnia Terrea, non actu pinguia, & Metalla.
5. Diversimode tamen, tum ratione Efficaciæ, tum ratione Concretionis firmioris, tum ratione Adhæsionis promptioris.
6. Diverſa efficacia est, dum non quævis Acida quævis Metalla solvant.
7. Ita enim Acidum Vitrioli prompto quidem solvit Zincum, Ferrum, Cuprum; minus prompte Plumbum, Mercurium, Argentum, Aurum, Stannum:
8. Acidum Nitri prompte solvit Ferrum, Cuprum, Bismuthum, Zincum, Argentum, Plumbum, Argentum vivum: nequaquam vero Aurum, discerpit pulvere tenus Stannum, Regulum Antimonii.
9. Acidum Sal. communis solvit Ferrum, Cuprum, Regulum Antimonii, Argentum vivum; non solvit Argentum, Plumbum, Aurum.
10. Firmius cohærent cum illis, quæ promptius aggrediuntur Zincum, hinc Ferrum, hinc Cuprum, hinc Argentum vivum, hinc Argentum, (quæ solvunt) aut Aurum.

11. Promptissime omnium aggrediuntur Alcalia fixa, deinde volatilia, deinde Terras macras.
12. Alcalia fixa solvunt Pinguedines, Sulphur minerale, Cuprum, & Regulum Antimonii.
13. Alcalia pura nihil eximie solvunt, praeter Cuprum. Sal Armoniacum, ratione Acidi sui, solvrt Ferrum, & Regulum Antimonii.
14. Omnia hæc Salia, peragunt has suas solutiones, partim in forma fluida humida, Aquosa; partim etiam in forma flucca, sicca, Ignita.
15. In Aquoso-humida, omnes spiritus Acidi, & Lixivium alcalinum.
16. In sicca ignea, Vapores acidi spirituosi in cæmentationibus. Sal Armoniacum, Alcali fixum Igne fusum, Sulphur minerale,
17. Solvit Sulphur omnia Metalla, excepto Auro; cum Alcali v. hoc ipsum quoque, & omnia Metalla.
18. Per se, redigit Metalla in massam friabilem; cum Alcali, in pulverem; Alcali fixum, solvit Sulphur fusione in Igne, & tenet fortiter, cum comburi, sed flammari non possit, nisi Aer libere accedat. Unde in vase clauso Ignem fusionis per multas horas tolerat.
19. Inter omnia Solutionum hujusmodi Requisita, non postremum est Proportio Solventis ad Solvendum.
20. Nititur hoc maxime.
 - 1) Subtilitate, s. tenuitate solvendi.
 - 2) Consistentia ipsius jam antea plus minus salina.
21. Crassiorum, & semi-salinorum magnam quantitatem adsolvunt, s. imbibunt Solventia; Tenuissimorum, & purius terreorum exiguum.
22. Ita Limaturæ Martis, & Alcali, plurimum assumunt omnia Acida Solventia; Cretæ, & similiūm Terreorum tenuiorem, satis parum.

I R O I N D E E X

C A P I T U M ,

- Proœmium . Pag. 319.
 Sect. una de Mobilioribus . 322.
 Membr. I. de Fluidis Chemiæ Subjectis . 323.
 Artic. 1. de Colligatione . 324.
 2. de Solutione Deliquatoria . 325.
 3. de Extractione Eliquatoria . 327.
 Membr. II. de Mollibus . 330.
 Membr. III. de Friabilibus . 332.
 Membr. IV. de Volatilibus . 335.
 Artic. 1. de Exhalatione , Evaporatione , Diflatione . 337.
 2. de Destillatione . 339.
 3. de Rectificatione , & Dephlegmat . 345.
 4. de Sublimatione . 346.
 Membr. V. de Fluxilibus , & Fusione . 347.
 Membr. VI. de Solubilibus , 349.

F I N I S.

NOI RIFORMATORI

dello studio di Padova.

Concediamo licenza a *Giuseppe Orlandelki*, Stam-
pator di Venezia, per la Dita del su *Francesco*
di Niccolò Pezzana, di poter ristampare il Libro
intitolato : *Pharmacopeja Bateana seu Pharmaca ex
praxi Georgii Batei*, ec. ristampa, osservando gli or-
dini soliti in materia di Stampe, e presentando le
Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Pa-
dova .

Data li 10. Gennaro 1790.

(*Andrea Querini* Rif.

(*Francesco Morosini* Proc. Rif.

(*Zuanne Valarezzo* Rif.

Registr. in Lib. a Car. 422. al Num. 3135.

Marcantonio Sanfermo Segr.

